

donatum esset; sed tamen post mortem ante apertas tabulas testamenti manumissum haec donatio non sequitur.

á la del mismo esclavo. Pero se ha de atender preferentemente á la de aquel á quien se le hubiese hecho la donación; pero no obstante no se verifica esta donación habiendo sido manumitido después de la muerte y antes de haber sido abierto el testamento.

LIBER QUADRAGESIMUS

TIT. I

DE MANUMISSIONIBUS

[Cf. Cod. VII. 15.]

1. ULPIANUS libro VI. ad Sabinum. — Placuit, eum, qui kalendis Ianuariis natus post sextam noctis pridie kalendas quasi annum vicesimum compleverit, posse manumittere; non enim maiori viginti annis (1) permitti manumittere, sed minorem manumittere vetari; iam autem minor non est, qui diem supremum agit anni vicesimi.

2. IDEM libro XVII. ad Sabinum. — Si (2) heres deliberante legatario servum legatum manumiserit, mox legatarius repudiaverit, manumissum liberum fore placet.

3. PAULUS libro XXXIX. ad Edictum. — Servus (3) pignori datus, etiamsi debitor locuples, manumitti non potest.

4. ULPIANUS libro VI. Disputationum. — Is, qui suis numis emitur, epistola Divorum fratrum ad Urbium Maximum in eam conditionem redigitur, ut libertatem adipiscatur.

§ 1.—Et primo quidem numis suis non proprie videtur emitus dici, quum suos numos servus habere non possit; verum conniventibus oculis credendum est, suis numis eum redemptum, quum non numis eius, qui eum redemit, comparatur (4). Proinde sive ex peculio; quod ad venditorem pertinet, sive ex adventicio lucro, sive etiam amici beneficio, vel liberalitate, vel prorogante eo, vel repromittente (5), vel se delegante, vel in se recipiente debitum redemptum sit, credendum est, suis numis eum redemptum; satis est enim, quod is, qui mentioni suum nomen accommodaverit, nihil de suo impendit.

§ 2.—Si ab ignoto emitus sit, postea autem pretium suum obtulerit, dicendum erit, non esse audiendum; ab initio enim hoc agi debet, ut imaginaria fieret emitio, et per fidem contractus inter emitorem, et servum agatur.

§ 3.—Sive igitur non hoc ab initio esset actum, ut suis numis redimeretur, sive hoc acto numos servus non dedit, cessabit libertas.

§ 4.—Unde quaeri poterit, si, quum hoc ab ini-

LIBRO CUADRAGÉSIMO

TÍTULO I

DE LAS MANUMISIONES

[Véase Cod. VII. 15.]

1. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro VI.*—Se determinó, que el que nació en las calendas de Enero después de la hora sexta de la noche de la víspera de las calendas, puede, como si hubiere cumplido los veinte años, manumitir; porque al mayor de veinte años no se le permite manumitir, pero se veda que manumita el menor; mas no es menor el que llega al último día del año vigésimo.

2. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Si mientras delibera el legatario hubiere el heredero manumitido al esclavo legado, y después lo repudiare el legatario, está determinado que el manumitido haya de ser libre.

3. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXXIX.*—El esclavo dado en prenda no puede ser manumitido aunque el deudor sea rico.

4. ULPIANO; *Disputas, libro VI.*—El que es comprado con su propio dinero es colocado por la epistola de los Divinos Hermanos dirigida á Urbio Máximo en tal condición, que adquiere la libertad.

§ 1.—Y en primer lugar, ciertamente que no parece que con propiedad se dice que fué comprado con su propio dinero, porque el esclavo no puede tener dinero propio; pero cerrando los ojos se ha de creer que él fué comprado con su dinero, porque no es comprado con dinero del que lo compró. Por lo cual, ya si hubiera sido comprado con su peculio, que pertenece al vendedor, ya con un lucro adventicio, ya si también con beneficio ó liberalidad de un amigo, ó anticipándole éste el precio, ó prometiéndolo, ó delegándose para él, ó asumiendo sobre sí la deuda, se ha de creer que él fué comprado con dinero propio; porque es bastante que el que prestare su nombre para la compra no haya gastado nada de lo suyo.

§ 2.—Si hubiera sido comprado por un desconocido, pero después hubiere ofrecido su propio precio, se ha de decir que no ha de ser oído; porque esto se debe hacer al principio, para que se verifique una compra imaginaria, y se celebre un contrato confidencial entre el comprador y el esclavo.

§ 3.—Así, pues, ya si no se hubiese tratado en un principio que sería comprado con su propio dinero, ya si habiéndose tratado esto el esclavo no dió el dinero, dejará de tener lugar la libertad.

§ 4.—Por lo cual se podrá preguntar, si habiéndose

(1) *Taur.* según la escritura original; viginti, inserta la corrección del códice Fl., Br.

(2) Véase *Fragm. Valia.* § 84.

(3) *specialiter, inserta el códice citado por Geb.*

(4) *Hal. Vulg.; comparatur, et códice Fl.*

(5) *promittente, Vulg.*

tio esset actum, emtor festinavit, et pretium numeravit (1), an postea ei satisfacto servus Constitutione uti possit. Et puto, posse.

§ 5.—Proinde et si ei numos prorogavit (2) emtor, quum ei pariaverit (3), poterit ad libertatem pervenire.

§ 6.—Sive autem exprimatur (4) in contractu, velut in emtione, hoc, ut manumittatur, sive non exprimatur, verius est, libertatem competere.

§ 7.—Ergo et si forte quis sic comparaverit suis numis, ne eum manumittat, benigna est opinio dicentium, hunc ad libertatem pervenire, quum et nomen emtionis imaginarius iste emtor accommodet, et praeterea nihil ei absit.

§ 8.—Nihil autem interest, a quo quis suis numis ematur, a fisco, vel civitate, vel a privato, cuiusque sit sexus is, qui emit. Sed et si minor sit viginti annis, qui vendidit, interveniet Constitutio. Nec comparantis quidem aetas spectatur; nam et si pupillus emat, aequum est, eum fidem implere, quum sine damno eius hoc sit futurum; idem, et si servus est.

§ 9.—In illis sane servis non intervenit Constitutio, qui in totum perduci ad libertatem non possunt, utputa si exportandus, vel hac lege venierit, vel testamento hanc conditionem acceperit (5), ne unquam manumitteretur.

§ 10.—Suis autem numis redemptus, etsi totum pretium non numeravit, ex operis tamen ipsius accesserit aliquid, ut repleri pretium possit, vel si quid suo merito adquisierit, dicendum est, libertatem competere.

§ 11.—Quodsi partem suis numis redemerit (6), quum partem servi haberet, ad Constitutionem non pertinebit, non magis, quam qui, quum proprietatem haberet, usumfructum redemit.

§ 12.—Sed quid (7), quum fructuarius esset, et (8) proprietatem redemit? In ea conditione est, ut ad Constitutionem pertineret.

§ 13.—Sed et si duo servum redemerint, alter propriis numis, alter numis servi, dicendum erit, Constitutionem cessare, nisi forte is, qui propriis numis redemit, manumittere fuerit paratus.

§ 14.—Sed et si partem quis redemit, pars altera ex causa lucrativa accesserit, dicendum erit, Constitutionem locum habere.

5. MARCIANUS (9) libro II. Institutionum.—Si quis dicat se suis numis emtum, potest consistere cum domino suo, cuius in fidem confugit, et queri; quod ab eo non manumittatur, Romae quidem apud Praefectum urbis (10), in provinciis vero apud Praesides ex sacris Constitutionibus Divorum fratrum; sub ea tamen denuntiatione, ut is servus, qui hoc intenderit, nec impleverit, in opus metalli detur, nisi

dose apresurado el comprador y habiendo entregado el precio, cuando aquello se hubiese tratado desde un principio, podría el esclavo valerse de la Constitución habiéndole satisfecho después aquél. Y opino que puede.

§ 5.—Por lo tanto, también si el comprador le anticipó el dinero podrá, cuando se lo hubiere pagado, llegar á la libertad.

§ 6.—Mas ya si se expresa en el contrato ó en la compra la condición de que sea manumitido, ya si no se expresa, es lo más cierto que compete la libertad.

§ 7.—Luego también si acaso alguno lo hubiere comprado con su dinero para no manumitirlo, es equitativa la opinión de los que dicen que él llega á la libertad, porque este comprador imaginario presta su nombre para la compra, y porque además á él nada le falta.

§ 8.—Mas nada importa por quién sea comprado uno con su propio dinero, si por el fisco, ó por una ciudad, ó por un particular, ni de qué sexo sea el que lo compró. Pero aun si fuera menor de veinte años el que lo vendió, intervendrá la Constitución. Y no se atiende ciertamente á la edad del comprador; porque también si lo comprara un pupilo, es justo que él cumpla con la fe del contrato, puesto que ello se ha de hacer sin perjuicio de él; y lo mismo también si él es esclavo.

§ 9.—Mas la Constitución no interviene respecto á aquellos esclavos que en absoluto no pueden ser llevados á la libertad, por ejemplo, si hubiere de ser exportado ó hubiere sido vendido con esta condición, ó en testamento hubiera recibido la condición de que nunca sea manumitido.

§ 10.—Mas al que fué comprado con su dinero, aunque no haya pagado todo el precio, si no obstante hubiere agregado algo con su trabajo para que se pueda completar el precio, ó si hubiere adquirido algo por su propio mérito, se ha de decir que le compete la libertad.

§ 11.—Pero si teniendo uno parte de un esclavo hubiere comprado la otra parte con dinero de él, no estará incluido en la Constitución, no de otra suerte que si teniendo uno la propiedad compró el usufructo.

§ 12.—Pero ¿qué se dirá cuando siendo usufructuario compró también la propiedad? Que se halla en el caso de estar comprendido en la Constitución.

§ 13.—Pero también si dos hubieren comprado un esclavo, uno con dinero propio, y otro con dinero del esclavo, se habrá de decir, que deja de tener lugar la Constitución, á no ser acaso que el que lo compró con dinero propio estuviera dispuesto á manumitirlo.

§ 14.—Pero si alguno compró una parte, y la otra parte hubiere ido á él por causa lucrativa, se habrá de decir que también tiene lugar la Constitución.

5. MARCIANO; Instituta, libro II.—Si alguno dijera que él fué comprado con su propio dinero, puede comparecer en juicio contra su señor, á cuya fidelidad se acogió, y querellarse de que no es manumitido por él, en Roma ante el Prefecto de la Ciudad, y en las provincias ante los Presidentes, en virtud de las sacras Constituciones de los Divinos Hermanos; pero bajo la prevención de que el

(1) ut pretium numeraret, *Vulg.*

(2) si nummos praerogaverit, *Vulg.*

(3) paraverit, *Hal. Vulg.*

(4) Según corrección del código *Fl., Br.*; exprimetur, *Taur.* según la escritura original.

(5) *Hal. Vulg.*; acceperat, *el código Fl.*

(6) *Hal. Vulg.*; redimeret, *el código Fl.*

(7) *Taur.* según la escritura original; qui, la corrección del código *Fl., Br.*

(8) *Taur.* según la escritura original; et, omítela la corrección del código *Fl., Br.*

(9) *Marellus, Hal.*

(10) *El código Fl., Br.*; urbi, *Taur.*

orte dominus reddi eum sibi maluerit, utique non maiorem ex ea causa poenam constituturus.

§ 1.—Sed et si rationibus redditus liber esse iustus fuerit, arbiter in servum et dominum, id est heredem, datur de rationibus excutiendis.

6. ALFENUS VARUS *libro IV. Digestorum*.—Servus pecuniam ob libertatem (1) pactus erat, et cum domino dederat; dominus, priusquam eum manumitteret, mortuus erat, testamentoque liberum esse iusserat, et ei peculium suum legaverat; consultabatur (2), quam pecuniam domino dedisset ob libertatem, an eam sibi heredes patroni reddere deberent, nec ne. Respondit, si eam pecuniam dominus, posteaquam accepisset, in suae pecuniae rationem habuisset, statim desuisse, eius peculii esse; sed si interea, dum eum manumitteret, acceptum servo retulisset, videri peculii fuisse, et debere heredes eam pecuniam manumisso reddere.

7. IDEM *libro VII. Digestorum*.—Duo filii familias peculiare servos separatim uterque habebant; ex his alter servulum suum peculiarem vivo patre manumisit; pater utrique testamento peculium praelegaverat; quaerebatur, servus iste utrum amborum, an eius, a quo manumissus erat, libertus esset. Respondit, si prius testamentum pater fecisset, quam filius eum liberum esse iussisset, unius esse libertum ideo, quod eum quoque in peculio legasse videretur; sed si postea testamentum pater fecisset, non videri eam mentem eius fuisse, ut eum, qui manumissus esset, legaret, eumque servum, quoniam praelegatus non esset, mortuo patre amborum servum fuisse.

8. MARCIANUS (3) *libro XIII. Instituta eum*.—Qui poenae servi efficiuntur, indubitate manumittere non possunt, quia et ipsi servi sunt.

§ 1.—Sed nec rei capitalium criminum manumittere servos suos possunt, ut et Senatus censuit.

§ 2.—Divus quoque Pius Calpurnio rescripsit, libertates ab eo, qui iam lege Cornelia damnatus esset, vel quum futurum prospiceret, ut damnaretur, servis datas non competere.

§ 3.—Sed ne quidem illos ad iustam libertatem pervenire Divus Hadrianus rescripsit, qui ideo manumissi sunt, ut crimini subtraherentur.

9. PAULUS *libro singulari Regularum*.—Servus hac lege venditus, ne manumittatur, vel testamento prohibitus manumitti, vel a Praefecto, vel a Praeside prohibitus ob aliquod delictum (4) manumitti, ad libertatem perducí non potest.

10. IDEM *Imperialium sententiarum in cognitioni-*

esclavo que hubiere intentado esto y no lo hubiere probado, será condenado al trabajo de las minas, á no ser acaso que su dueño prefiriese que se le entregue, por supuesto, no habiéndole de imponer por esta causa una pena mayor.

§ 1.—Pero también si se hubiere dispuesto que uno sea libre habiendo rendido cuentas, se nombra árbitro para que examine las cuentas entre el esclavo y su señor, esto es, y el heredero.

6. ALFENO VARO; *Digesto, libro IV*.—Un esclavo había pactado cierta cantidad de dinero por su libertad, y la había entregado á su señor; el señor había fallecido antes de manumitirlo, y había dispuesto en el testamento que fuese libre, y le había legado su peculio; se consultaba si los herederos del patrono deberían ó no devolverle la cantidad de dinero, que por la libertad le hubiese dado á su señor. Respondió, que si después que la recibió el señor comprendió esta cantidad de dinero en la cuenta de su propio dinero, al punto dejó ella de ser del peculio de aquél; pero si mientras lo manumitía se la hubiese dado por recibida al esclavo, se consideraba que era del peculio, y que los herederos debían devolverle este dinero al manumitido.

7. EL MISMO; *Digesto, libro VII*.—Dos hijos de familia tenían separadamente cada uno esclavos en su peculio; uno de ellos manumitió en vida de su padre un esclavo pequeño de su peculio; el padre les había prelegado á uno y á otro en su testamento su peculio; se preguntaba, si este esclavo lo sería de ambos, ó liberto de aquel por quien había sido manumitido. Respondió, que si el padre hubiese hecho el testamento antes que el hijo hubiese dispuesto que aquél fuera libre, era liberto de uno sólo, porque se consideraría que lo legó también en el peculio; pero que si el padre hubiese hecho después el testamento, no parece que fué su intención legar al que había sido manumitido, y que este esclavo, como quiera que no había sido prelegado, fué esclavo de ambos á la muerte del padre.

8. MARCIANO; *Instituta, libro XIII*.—Los que se hacen esclavos de la pena no pueden indubitablemente manumitir, porque también ellos son esclavos.

§ 1.—Pero tampoco pueden manumitir á sus esclavos los reos de crímenes capitales, como también lo dispuso el Senado.

§ 2.—También el Divino Pio respondió por rescripto á Calpurnio, que no les compete á los esclavos la libertad dada por el que ya hubiese sido condenado por la ley Cornelia, ó por el que viese que había de suceder que sería condenado.

§ 3.—Pero el Divino Adriano respondió por rescripto, que tampoco llegan á la libertad legítima los que fueron manumitidos para substraerlos á la pena de un crimen.

9. PAULO; *Reglas, libro único*.—El esclavo vendido con la condición de que no sea manumitido, ó respecto del que se prohibió en testamento que fuera manumitido, ó por el Prefecto, ó por el Presidente se prohibió por causa de algún delito que fuese manumitido, no puede ser constituido en libertad.

10. EL MISMO; *libro II. de los seis de las senten-*

(1) *Taur. según corrección del códice Fl.; acceptus, inserta la escritura original, Br.*

(2) *Taur. según la escritura original; consultabatur, la corrección del códice Fl., Br.*

(3) *Marcellus, Vulg.*
(4) *crimen, Hal.*

bus prolatarum ex libris sex libro II.—Aelianus (1), debitor fiscalis, Eumeriam ancillam ante annos multos emerat hac lege, ut manumitteret, eamque manumiserat; procurator, quum bona debitoris non sufficientia quaereret, etiam Eumeriae status quaestionem faciebat; placuit, non esse iuri fiscali locum, quo omnia bona debitorum iure pignoris tenerentur, quia ea lege emta est, (2) et, si non manumitteretur, ex Constitutione Divi Marci ad libertatem perveniret.

11. *IDEM libro LXIV. ad Edictum.*—Servum, qui sub conditione legatus est, interim heres manumittendo liberum non facit.

12. *IDEM libro L. ad Edictum.*—Lege Favia prohibetur servus, qui plagium admisit, pro quo dominus poenam intulit, intra decem annos manumitti; in hoc tamen non testamenti facti tempus, sed mortis intuebimur (3).

13. *POMPONIUS libro I. ex Plautio.*—Servus furiosus ab agnato curatore manumitti non potest, quia in administratione patrimonii manumissio non est. Si autem ex fideicommissi causa deberet libertatem furiosus, dubitationis tollendae causa ab agnato tradendum servum, ut ab eo, cui traditus esset, manumittatur, Octavenus ait.

14. *PAULUS libro XVI. ad Plautium.*—Apud eum, cui par imperium est, manumittere non possumus; sed Praetor apud Consulem manumittere potest.

§ 1.—Imperator, quem servum manumittit, non vindictam imponit, sed quum voluit, fit liber is, qui manumittitur, ex lege Augusti.

15. *MARCELLUS libro XXIII. Digestorum.*—Mortis causa servum manumitti posse, non est dubitandum. Quod non ita tibi intelligendum est, ut ita liber esse iubeatur; ut (4), si convaluerit dominus, non fiat liber, sed, quemadmodum si vindicta eum liberaret absolute, scilicet quia moriturum se putet, mors eius exspectabitur; similiter et in hac specie in extremum tempus manumissoris vitae confertur libertas, durante scilicet propter mortis causa (5) tacitam conditionem voluntate manumissoris; quemadmodum quum rem ita tradiderit, ut moriente eo fieret accipientis, quae ita demum alienatur, si donator in eadem permanserit voluntate.

16. *MODESTINUS libro I. Regularum.*—Si consentiente patre filius minor annis viginti servum eius manumiserit, patris faciet libertum; et vacat causae probatio (6) ob patris consensum.

17. *IDEM libro VI. Regularum.*—Servi, quos

cias imperiales dadas en juicio extraordinario.—Eliano, deudor del fisco, había comprado muchos años antes la esclava Eumeria con la condición de manumitirla, y la había manumitido; el procurador, no hallando suficientes los bienes del deudor, promovía cuestión también sobre el estado de Eumeria; se determinó, que no había lugar al derecho del fisco, porque todos los bienes de los deudores les estuviesen obligados por derecho de prenda, pues aquella fué comprada con dicha condición, y, si no fuese manumitida, llegaría á la libertad en virtud de la Constitución del Divino Marco.

11. *EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro LXIV.*—Al esclavo, que fué legado bajo condición, no lo hace libre el heredero manumitiéndolo entretanto.

12. *EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro L.*—Por la ley Favia se prohíbe que el esclavo que cometió plagio, por el cual su dueño pagó la pena, sea manumitido dentro de diez años; pero respecto á esto no atenderemos al tiempo en que fué hecho el testamento, sino al de la muerte.

13. *POMPONIO; Doctrina de Plaucio, libro I.*—El esclavo de un loco no puede ser manumitido por un agnado que sea curador, porque la manumisión no está comprendida en la administración del patrimonio. Mas si por causa del fideicomiso debiese el loco la libertad, dice Octaveno, que para quitar duda debe ser entregado el esclavo por el agnado, á fin de que sea manumitido por aquel á quien hubiese sido entregado.

14. *PAULO; Comentarios á Plaucio, libro XVI.*—No podemos manumitir ante aquél que tiene igual jurisdicción; pero el Pretor puede manumitir ante el Consul.

§ 1.—El Emperador, cuando manumite á un esclavo, no le impone la vindicta, sino que cuando él lo quiso se hace libre, en virtud de la ley de Augusto, el que es manumitido.

15. *MARCELO; Digesto, libro XXIII.*—No se ha de dudar que un esclavo puede ser manumitido por causa de muerte. Lo que no has de entender de modo que se disponga que sea libre, de suerte que, si convaliere el señor, no se haga libre, sino que á la manera que si en absoluto lo hiciera libre por la vindicta, á saber, porque creyera que él se había de morir, se esperará á su muerte; del mismo modo también en este caso se confiere la libertad para el último momento de la vida del manumisor, subsistiendo, por supuesto, la voluntad del manumisor por razón de la condición tácita por causa de muerte; á la manera que cuando alguno hubiere entregado una cosa de modo que al morir él se haga del que la recibe, cuya cosa se enajena solamente si el donante hubiere permanecido en la misma voluntad.

16. *MODESTINO; Reglas, libro I.*—Si consintióndelo el padre un hijo menor de veinte años hubiere manumitido á un esclavo suyo, lo hará libre del padre; y huelga la prueba de la causa por virtud del consentimiento del padre.

17. *EL MISMO; Reglas, libro VI.*—Los esclavos,

(1) Iulianus, *Vulg.*
(2) ut, *inserta Hal.*
(3) intuebitur, *Vulg.*
(4) et por ut, *Hal.*

(5) *Hal.*; *subplase donationis; causae, el códice Fl.; causam tacita conditione ex voluntate, Vulg.*

(6) et valet manumissio, *inserta Vulg.*

filiusfamilias in castris quaesit, non in patris familia (1) computabuntur; nec enim pater tales filii servos manumittere poterit.

18. GAIUS libro XII. ad legem Iuliam et Papiam. — Eum, qui venierit, venditor, et promissor, et (2) quem promiserit, manumittere possunt.

19. PAPIANUS libro XXX. Quaestionum. — Si quis ab alio numos acceperit, ut servum suum manumittat, etiam ab invito libertas extorqueri potest, licet plerumque pecunia eius numerata sit, maxime si frater vel pater naturalis pecuniam dedit; videbitur enim similis ei, qui suis numis redemptus est.

20. IDEM libro X. Responsorum. — Causam minor viginti annis, qui servum donatum manumittendi gratia accepit, ex abundanti probat post Divi Marci literas ad Aufidium Victorinum; etenim si non manumiserit, ad libertatem servus perveniet.

§ 1.—Non idem in fideicommissaria libertate iuris est, cuius causam minor debet probare; nam libertas, nisi ita manumisso, non competit.

§ 2.—Puellam ea lege vendidit, ut post annum ab emtore manumitteretur; quodsi non manumississet, convenit, uti manum iniiceret, aut decem aureos emtor daret; non servata fide nihilominus liberam ex sententia Constitutionis fieri respondit, quoniam manus infectio plerumque auxilii ferendi causa intervenit; itaque nec pecunia petetur, quum emolumentum legis voluntatem (3) venditoris secutum sit.

§ 3.—Tempore alienationis convenit, ut homo libertatis causa traditus post quintum annum impletum manumitteretur, et ut certam mercedem interea menstruam praerberet; conditionem libertati mercedes non facere, sed obsequio temporariae servitutis modum praestitutum esse respondit; neque enim in omnibus libertatis causa traditum comparari statulibero (4).

21. IDEM libro XIII. Responsorum. — Servum dotalem vir, qui solvendo est, constante matrimonio manumittere potest; si autem solvendo non est, licet alios creditores non habeat, libertas servi impediatur, ut constante matrimonio deberi dos intelligatur.

22. IDEM libro II. Definitionum. — Nepos ex filio voluntate avi, ut filius voluntate patris, potest manumittere, sed manumissus patris vel avi libertus est.

23. IDEM (5) libro XV. Responsorum. — Caius Seius Pamphila hac lege emit, ut intra annum manumitteretur; deinde intra annum Seius servus pronuntiatus est; quaero, an ex lege venditionis finito anno Pamphila libertatem consecuta sit.

que un hijo de familia adquirió en los campamentos, no serán computados entre los esclavos del padre; porque tampoco el padre podrá manumitir á tales esclavos del hijo.

18. GAYO; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro XII. — El vendedor y el prometedor pueden manumitir al que por aquél hubiere sido vendido y al que éste hubiere prometido.

19. PAPIANO; Cuestiones, libro XXX. — Si uno hubiere recibido dinero de otro para que manumita á un esclavo suyo, se le puede arrancar la libertad aun contra su voluntad, aunque las más de las veces se le haya entregado dinero de él mismo, mayormente si el dinero lo dió un hermano ó el padre natural; porque éste parecerá semejante al que fué comprado con su propio dinero.

20. EL MISMO; Respuestas, libro X. — El menor de veinte años, que por donación recibió un esclavo para manumitirlo, tiene suficientemente probada la causa después de la carta del Divino Marco á Aufidio Victorino; porque si no lo hubiere manumitido, el esclavo llegará á la libertad.

§ 1.—No hay el mismo derecho tratándose de la libertad dejada por fideicomiso, cuya causa debe probar el menor; porque no compete la libertad sino habiendo sido así manumitido.

§ 2.—Uno vendió una niña esclava con la condición de que fuese manumitida por el comprador después de un año; pero si no la manumitiese, se convino que le echaría mano, ó que el comprador diese diez áureos; respondió, que, no habiéndose guardado fidelidad, se hacia, no obstante, libre en virtud del espíritu de la Constitución, porque la cláusula de echar mano se incluye las más de las veces para prestar auxilio; y así, ni se pedirá el dinero, porque el beneficio de la ley secundó la voluntad del vendedor.

§ 3.—Al tiempo de la enajenación se convino que el esclavo entregado por causa de la libertad fuese manumitido después de cinco años cumplidos, y que mientras tanto pagase cierta merced mensual; respondió, que las mercedes no constituían condición para la libertad, sino que se estableció medida para la prestación de la servidumbre temporal; porque el que fué entregado por causa de la libertad no se equipara en todo á aquel á quien se le dejó la libertad bajo condición.

21. EL MISMO; Respuestas, libro XIII. — El marido, que es solvente, puede manumitir durante el matrimonio, á un esclavo de la dote; mas si no es solvente, aunque tenga otros acreedores, se impedirá la libertad del esclavo, de suerte que se entienda que durante el matrimonio se debe la dote.

22. EL MISMO; Definiciones, libro II. — El nieto habido de un hijo puede manumitir con la voluntad del abuelo, como el hijo con la voluntad del padre, pero el manumitido es liberto del padre ó del abuelo.

23. EL MISMO; Respuestas, libro XV. — Cayo Seyo compró á Pánfila con la condición de que fuese manumitida dentro de un año; después, dentro del año, fué Seyo declarado esclavo; pregunto, si por la ley de la venta Pánfila habrá conseguido la li-

(1) Según corrección del códice Fl.; patrisfamilias, Taur. según la escritura original, supliéndose servus.
(2) et, considérass aquí palabra superflua.

(3) voluntate, Hal.

(4) Taur.; statuliberum, el códice Fl., Br.

(5) Paulus, Hal.

Paulus respondit, cum ea conditione ancillam emtam domino acquisitam, cum qua conditione venissee proponeretur.

24. HERMOGENIANUS *libro I. Juris Epitomarum.*—Lege Junia Petronia (1), si dissonantes pares iudicum existant sententiae, pro libertate pronuntiari iussum (2).

§ 1.—Sed etsi testes non dispari numero tam pro libertate, quam contra libertatem dixerint, pro libertate pronuntiandum esse, saepe constitutum est.

25. GAIUS *libro I. de Manumissionibus.*—Iuris ratio efficit, ut infantibus quoque competat libertas.

26. IAVOLENUS *libro IV. ex Posterioribus Labeonis.*—Servum furiosum omni genere manumissum ad libertatem perducí putat posse Labeo.

TIT. II

DE MANUMISSIS VINDICTA
[Cf. Cod. VII. 1.]

1. POMPONIUS *libro I. ad Sabinum.*—Apud Praetorem, eundemque tutorem posse pupillum ipso auctore manumittere constat.

2. ULPIANUS *libro XVIII. ad Sabinum.*—Si minor sit annis viginti fructuarius, an consentire libertati possit? Et puto, consentiendo posse ad libertatem perducere.

3. IDEM *libro IV. Disputationum.*—Si heres servum legatum manumittat, mox repudiet legatarius, retro competit libertas. Idemque est, et si duobus pure servus legetur, et post alterius manumissionem alter repudiaverit; nam et hic retro libertas competit.

4. IULIANUS *libro XLII. Digestorum.*—Si pater filio permiserit servum manumittere, et interim decesserit intestato, deinde filius ignorans patrem suum mortuum, libertatem imposuerit, libertas servo favore libertatis contingit, quum non appareat mutata esse domini voluntas. Sin autem ignorante filio vetuisset pater per nuntium et, antequam filius certior fieret, servum manumisisset, liber non fit; nam ut filio manumittente servus ad libertatem perveniat, durare oportet patris voluntatem; nam si mutata fuerit, non erit verum, volente patre filium manumisisse.

§ 1.—Quoties dominus servum manumittat, quamvis existimet, alienum esse eum, nihilominus verum est, voluntate domini servum manumissum; et ideo liber erit. Et ex contrario, si se Stichus non putaret manumittentis esse, nihilominus libertatem contingere; plus enim in re est, quam in existima-

bertad finido el año. Paulo respondió, que la esclava comprada con esta condición fué adquirida para el señor con la condición con que se dijese que fué vendida.

24. HERMOGENIANO; *Epítome del Derecho, libro I.*—Por la ley Junia Pretonia se dispuso, que si fueren iguales los pareceres discordes de los jueces, se fallase á favor de la libertad.

§ 1.—Pero aunque los testigos hubieren declarada en número no desigual, tanto á favor de la libertad, como contra la libertad, se determinó muchas veces que se debía de fallar á favor de la libertad.

25. GAYO; *Da las Manumisiones, libro I.*—La razón del derecho hace que también á los que aun no hablan les compete la libertad.

26. JAVOLENO; *Doctrina de las Obras póstumas de Labeon, libro VI.*—Opina Labeon, que el esclavo furioso puede ser llevado á la libertad, manumitido de cualquier modo.

TÍTULO II

DE LOS MANUMITIDOS CON LA VINDICTA
[Véase Cód. VII. 1.]

1. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro I.*—Es sabido, que el pupilo puede manumitir ante el Pretor, que también sea tutor, con la autoridad de éste mismo.

2. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVIII.*—Si el usufructuario fuera menor de veinte años, podrá prestar su consentimiento para la libertad? Y opino, que prestando su consentimiento podrá llevar á la libertad.

3. EL MISMO; *Disputas, libro IV.*—Si el heredero manumitiera un esclavo legado, y luego el legatario repudiara el legado, compete la libertad retroactivamente. Y lo mismo es también si un esclavo fuese legado puramente á dos, y después de la manumisión del uno lo repudiare el otro; porque también en este caso compete retroactivamente la libertad.

4. JULIANO; *Digesto, libro XLII.*—Si un padre le hubiere permitido á su hijo manumitir á un esclavo, y mientras tanto hubiere fallecido intestado, y después, ignorando el hijo que su padre había fallecido, le hubiere dado la libertad, por favor á la libertad le corresponde la libertad al esclavo, no apareciendo que fué cambiada la voluntad del dueño. Mas si ignorándolo el hijo, el padre lo hubiese prohibido por medio de mensajero, y el hijo, antes que fuese hecho sabedor de ello, hubiese manumitido al esclavo, éste no se hace libre, porque para que manumitiéndolo el hijo llegue el esclavo á la libertad es necesario que subsista la voluntad del padre; pues si hubiere sido cambiada, no será verdad que el hijo manumitió con la voluntad del padre.

§ 1.—Cuando el dueño manumite á un esclavo, aunque estime que él es de otro, es, no obstante, verdad que el esclavo fué manumitido con la voluntad de su señor; y por lo tanto será libre. Y por el contrario, si Stico no creyese que él era del que lo manumitia, alcanza, sin embargo, la libertad;

(1) Otros en Hal.; Patronia, el códice Fl.

(2) visum, Hal.

tionem, et utroque casu verum est, Stichum voluntate domini manumissum esse. Idemque iuris est, et si dominus et servus in eo errore essent, ut neque illo se dominum, nec hic se servum eius putaret.

§ 2.—Minor viginti annis dominus nec communem quidem servum sine consilio recte manumittit. Paulus notat: sed si pignori obligatum sibi minor viginti annis manumitti patiat, recte manumittitur, quia non tam manumittere is, quam non impedire manumittentem intelligitur.

5. IULIANUS (1) eodem libro. — An apud se manumittere possit is, qui consilium praebet, saepe quaesitum est; ego, quum meminissem, Javolenum, praepceptorem meum, et in Africa, et in Syria servos suos manumis, quum consilium praebere, exemplum eius secutus et in Praetura, et Consulatulo meo quosdam ex servis meis vindicta liberavi, et quibusdam Praetoribus consulentibus me idem suasi.

6. IDEM libro II. ad Urseiam Ferocem.—Servus communis quin a minoribus viginti annis dominis possit apud consilium manumitti, quamvis unus ex sociis causam (2) approbaverit, dubium non est.

7. GAIUS libro I. Rerum quotidianarum sive Aureorum. — Non est omnino necesse pro tribunali manumittere; itaque plerumque in transitu servi manumitti solent, quum aut lavandi, aut gestandi, aut ludorum gratia prodierit Praetor, aut Proconsul legatusve Caesaris.

8. ULPIANUS libro V. ad Edictum (3). — Ego, quum in villa cum Praetore fuisset, passus sum apud eum manumitti, etsi lictoris praesentia non esset.

9. MARCIANUS libro XIII. Institutionum. — Iusta causa manumissionis est, si periculo vitae infamiaeve dominum servus liberaverit.

§ 1.—Sciendum est, qualiscunque causa probata sit et recepta, libertatem tribuere oportere; nam Divus Pius rescripsit, causas probatas revocari non oportere (4), dum ne alienum servum possit quis manumittere; nam causae probationis (5) contradicendum, non etiam causa iam probata retractanda est.

10. IDEM libro III. Regularum.—Surdi vel muti patris filius iussu eius manumittere potest; furiosi vero filius non potest manumittere.

11. ULPIANUS libro VI. de Officio Proconsulis.—Si minor annis viginti manumittit, huiusmodi solent causae manumissionis recipi, si filius filiae, frater sororve naturalis sit,

12. IDEM libro II. ad legem Aeliam Sentiam.—vel si sanguine eum contingit; habetur enim ratio cognationis.

porque hay más en la realidad que en la opinión, y en uno y en otro caso es verdad que Stico fué manumitido con la voluntad de su señor. Y el mismo derecho hay, también si el señor y el esclavo estuviesen en este error, de modo que ni aquél se creyese dueño, ni éste esclavo suyo.

§ 2.—El señor menor de veinte años no manumite válidamente sin consejo ni aun al esclavo común. Y nota Paulo: pero si el menor de veinte años consintiera que fuese manumitido el que le estuviera obligado en prenda, es manumitido válidamente, porque se entiende no tanto que éste manumite, como que no pone impedimento al que hace la manumisión.

5. JULIANO; en el mismo libro. — Muchas veces se preguntó, si ante sí mismo podía manumitir el que presta consejo; yo, recordando que Javoleno, mi preceptor, manumitió esclavos suyos así en Africa como en Siria, aunque prestaba consejo, habiendo seguido su ejemplo di con la vindicta la libertad á algunos de mis esclavos, tanto desempeñando la Pretura como durante mi Consulado, y les aconsejé lo mismo á algunos Pretores que me consultaron.

6. EL MISMO; Comentarios á Urseyo Ferox, libro II.—No hay duda que un esclavo común puede ser manumitido ante el consejo por sus dueños menores de veinte años, aunque sólo uno de los dueños hubiere probado la causa.

7. GAYO; Diario, libro I. — No es absolutamente necesario hacer la manumisión ante el tribunal; y así, muchas veces suelen ser manumitidos los esclavos al paso, cuando el Pretor, ó el Proconsul, ó el legado del César saliere para ir á bañarse, ó á pasearse, ó para asistir á los juegos.

8. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro V.—Yo, estando en una casa de campo con el Pretor, consentí que se manumitiera ante él, aun sin la presencia del lictor.

9. MARCIANO; Instituta, libro XIII. — Es justa causa de manumisión si el esclavo hubiere librado á su dueño de peligro de la vida ó de la infamia.

§ 1.—Se ha de saber, que una causa cualquiera que haya sido probada y admitida debe dar la libertad; porque respondió por rescripto el Divino Pio, que no debian ser revocadas las causas aprobadas, con tal que uno no pueda manumitir un esclavo ajeno; porque se ha de contradecir la prueba de la causa, y no se ha de revocar la causa ya aprobada.

10. EL MISMO; Reglas, libro III. — El hijo de un padre sordo ó mudo puede manumitir por orden de éste; pero el hijo de un loco no puede manumitir.

11. ULPIANO; Del cargo de Proconsul, libro VI.—Si el menor de veinte años manumite, se suelen admitir causas de manumisión de esta naturaleza, si fuera hijo ó hija, hermano ó hermana natural,

12. EL MISMO; Comentarios á la ley Elia Sencia, libro II.—ó si está unido por vínculo de la sangre; porque se tiene cuenta de la cognación.

(1) Br. considera Iulianus añadida por antiguos copistas, pero no así Taur.; Paulus; Hal. Vulg.

(2) non, insertan Hal. Vulg.

(3) Taur. según la escritura original; praetoris, inserta la corrección del códice Fl., Br.

(4) Taur. según el códice Fl., en el cual se halla escrito oportetum.

(5) probationi, Hal.

13. *IDEM libro de Officio Proconsulis.*—Si collataneus, si educator, si paedagogus ipsius, si nutrix, vel filius filiae cuius eorum, vel alumnus, vel capsarius, id est qui portat libros, vel si in hoc manumittatur, ut procurator sit, dummodo non minor annis decem octo (1) sit; praeterea et illud exigitur, ut non utique unum servum habeat, qui manumittit. Item si matrimonii causa virgo vel mulier manumittatur, exacto prius iureiurando, ut intra sex menses uxorem eam duci oporteat; ita enim Senatus censuit.

14. *MARCIANUS libro IV. Regularum.*—Aliquos magis mulieribus conveniens est manumittere; sed et in viris receptum est, satisque est, permitti eum manumitti, in quo nutriendo propensio animi fecerint.

§ 1.—Sunt qui putant, etiam feminas posse matrimonii causa manumittere, sed ita, si forte conservus suus in hoc ei legatus est. Et si spado velit matrimonii causa manumittere, potest; non idem est in castrato.

15. *PAULUS libro I. ad legem Aeliam Sentiam.*—Etiam conditionis implendae causa minori viginti annis manumittere permittendum est, veluti si quis ita heres institutus sit, (si) servum ad libertatem perduxerit.

§ 1.—Ex praeterito tempore plures causae esse possunt, veluti quod dominum in proelio (2) adiuvaverit, contra latrones tuitus sit, quod aegrum (3) sanaverit, quod insidias detexerit; et longum est, si exequi voluerimus, quia multa merita incidere possunt, quibus honestum sit libertatem cum decreto praestare; quas aestimare debet is, apud quem de ea re agatur.

§ 2.—Plures vindicta pariter manumitti possunt, et sufficit praesentia servorum, ut vel plures manumitti possint.

§ 3.—Absens quoque causam probare per procuratorem poterit.

§ 4.—Si duo matrimonii causa manumittent, recipi causa non debet.

§ 5.—Hi, qui in Italia vel alia provincia domicilium habent, apud alterius provinciae Praesidem consilio adhibito manumittere possunt.

16. *ULPIANUS libro II. ad legem (4) Aeliam Sentiam.*—Illud in causis probandis meminisse iudices oportet, ut non ex luxuria, sed ex affectu descendentes causas probent; neque enim deliciis, sed iustis affectionibus dedisse iustam libertatem legem Aeliam Sentiam credendum.

§ 1.—Si quis minori viginti annis hac lege servum dederit aut pretio accepto, vel donationis causa, ut eum liberum faciat, potest ille causam manumissionis illius iustus probare (5), hoc ipsum allegans, legem datam, et perducere ad libertatem; ergo hic debet ostendere, hoc inter ipsos actum, ut

13. *EL MISMO; Del cargo de Proconsul, libro....*—Si fué su hermano de leche, su ayo, ó su pedagogo, si fué su nodriza, ó hijo ó hija de uno de éstos, ó alumno, ó acompañante, esto es, que le llevaba los libros, ó si fuera manumitido para esto, para que sea procurador, con tal que no sea menor de dieciocho años; además se exige también esto, que no tenga ciertamente un solo esclavo el que manumite. Asimismo, si fuera manumitida una doncella ó una mujer por causa de matrimonio, habiéndose exigido antes juramento, á fin de que deba ser tomada por mujer dentro de seis meses; porque así lo dispuso el Senado.

14. *MARCIANO; Reglas, libro IV.*—A las mujeres les es más conveniente manumitir á los que alimentaron; pero también se admitió respecto á los varones, y es bastante que se permita que sea manumitido aquel á quien por haberlo alimentado hubieren inclinado su ánimo.

§ 1.—Hay quienes opinan que también las mujeres pueden manumitir por causa de matrimonio, pero esto es así, si es que á una le fué legado con este objeto un coesclavo suyo. Y si el espadón quisiera manumitir por causa de matrimonio, puede hacerlo; lo cual no es lo mismo tratándose de un castrado.

15. *PAULO; Comentarios á la ley Elia Sencia, libro I.*—Al menor de veinte años se le ha de permitir que manumita también para que cumpla una condición, por ejemplo, si alguno hubiera sido instituido heredero, si hubiere dado la libertad á un esclavo.

§ 1.—Muchas pueden ser las causas relativas al tiempo pasado, por ejemplo, por haber ayudado al señor en la guerra, por haberlo amparado contra ladrones, por haberlo curado estando enfermo, por haberle descubierto acechanzas; y sería prolijo si quisiéramos enumerarlas todas, porque puede haber muchos méritos por los que sea honrado conceder con decreto la libertad; cuyas causas deberá estimar aquel ante quien se trate de este asunto.

§ 2.—Muchos pueden ser manumitidos al mismo tiempo con la vindicta, y basta la presencia de los esclavos para que muchos puedan ser manumitidos.

§ 3.—También el ausente podrá probar la causa por medio de procurador.

§ 4.—Si dos manumitieren por causa de matrimonio, no se debe admitir la causa.

§ 5.—Los que tienen su domicilio en Italia ó en otra provincia, pueden manumitir, obtenido consejo, ante el Presidente de otra provincia.

16. *ULPIANO; Comentarios á la ley Elia Sencia, libro II.*—Conviene que los jueces tengan presente al aprobar las causas, que no deben aprobar causas que provengan de ostentación, sino de afecto; porque no se ha de creer que la ley Elia Sencia concedió la libertad legal para placer, sino por afecciones legítimas.

§ 1.—Si alguno le hubiere dado, ó por precio recibido, ó por causa de donación, un esclavo á un menor de veinte años, con la condición de que lo haga libre, puede él probar con más justicia la causa de esta manumisión alegando esto mismo, la condición impuesta, y darle la libertad; así, pues,

(1) septem, Hal. Vulg.

(2) Taur. según corrección del código Fl.; proelia, la escritura original, Br.

(3) Taur. según la escritura original; eum, la corrección del código Fl., Br.

(4) Taur. según corrección del código Fl.; Iuliam, inserta la escritura original, Br.

(5) Taur. según el código Fl. manumissionibus iustis; prohibere —; manumissionis iustus approbare, Hal. Vulg.

proinde vel ex lege donationis, vel ex affectione eius, qui dedit, res aestimetur.

17. PAULUS libro L. ad Edictum. — Apud Proconsulem, postquam urbem egressus est, vindicta manumittere possumus.

§ 1.—Sed et apud legatum eius manumittere possumus (1).

18. IDEM libro XVI. ad Plautium. — Apud filium familias magistratum manumitti (2) potest, etiamsi ipse filius familias manumittere non potest.

§ 1.—Apud collegam suum Praetor manumittere non (3) potest.

§ 2.—Filius quoque voluntate patris apud patrem manumittere poterit (4).

19. CELSUS libro XXIX. Digestorum. — Si minor annis (5) apud consilium matrimonii causa praegnantem manumiserit, eaque interim pepererit, in pendentem erit, servus an liber sit, quem ea peperit.

20. ULPIANUS libro II. de Officio Consulis. — Si rogatus sit minor vigintiquinque (6) annis manumittere per fideicommissum, incunctanter debet ei permitti, nisi si proprium servum rogatus fuit manumittere; hic enim conferenda erit quantitas emolumentum, quae ad eum pervenit ex iudicio eius, qui rogavit, cum pretio eorum, quos rogatus est manumittere.

§ 1.—Sed et si hac lege ei servus fuerit donatus, ut manumittatur, permittendum erit manumittere, ne Constitutio Divi Marci superveniens cunctationem Consulis dirimat.

§ 2.—Matrimonii causa manumittere si quis velit, et is sit, qui non indigne huiusmodi conditionis uxorem sortiturus sit, erit ei concedendum.

§ 3.—Mulieri quoque volenti suum filium naturalem, vel quem ex suprascriptis manumittere, permittendum esse Marcellus scribit.

§ 4.—Consul apud se potest manumittere, etiamsi evenerit, ut minor annis viginti sit.

21. MODESTINUS libro I. Pandectarum. — Apud Praefectum Aegypti possum servum manumittere ex Constitutione Divi Augusti.

22. PAULUS libro XII. Quaestionum. — Pater ex provincia ad filium sciens Romae agentem epistolam facit, quae (7) permisit ei, quem vellet ex servis, quos in ministerio secum hic habebat, vindicta liberare; postquam filius Stichum manumisit apud Praetorem; quaero, an fecerit liberum. Respondi: quare non hoc concessum credamus patri, ut permittere possit filio, ex his, quos in ministerio haberet, manumittere? solam enim electionem filio concessit, ceterum ipse manumittit.

él debe probar que esto fué convenido entre ellos, á fin de que de este modo se aprecie el caso, ó por virtud de la condición de la donación, ó por virtud del afecto del que la dió.

17. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro L.*—Ante el Proconsul, después que ha salido de la ciudad, podemos manumitir con la vindicta.

§ 1.—Pero también podemos manumitir ante su legado.

18. EL MISMO; *Comentarios á Plaucio, libro XVI.*—Se puede manumitir ante un hijo de familia magistrado, aunque él como hijo de familia no puede manumitir.

§ 1.—El Pretor no puede manumitir ante su colega.

§ 2.—Un hijo podrá manumitir también ante su padre con la voluntad de su padre.

19. CELSO; *Digesto, libro XXIX.*—Si un menor de edad hubiere manumitido ante el consejo por causa de matrimonio á una que estaba embarazada, y ella hubiere parido entretanto, estará en suspenso si es esclavo ó libre el que ella hubiere parido.

20. ULPIANO; *Del cargo de Consul, libro II.*—Si á un menor de veinticinco años se le hubiera rogado por fideicomiso que manumitiese, se le debe permitir inmediatamente, á no ser que se le haya rogado que manumita á su propio esclavo; porque en este caso se habrá de comparar la cuantía del emolumento, que fué á poder de él en virtud de la última voluntad de quien le rogó, con el precio de aquellos que se les rogó que los manumitiera.

§ 1.—Pero también si le hubiere sido donado un esclavo con la condición de que sea manumitido, se le habrá de permitir que lo manumita, á fin de que no interviniendo la Constitución del Divino Marco corrija la tardanza del Consul.

§ 2.—Si alguno quisiera manumitir por causa de matrimonio, y fuera tal que sin indignidad hubiera de tomar mujer de tal condición, se le habrá de permitir.

§ 3.—Escribe Marcelo, que también á la mujer que quiere manumitir á un hijo suyo natural, ó á alguno de los susodichos, se le ha de permitir.

§ 4.—El Consul puede manumitir ante sí, aunque aconteciere que sea menor de veinte años.

21. MODESTINO; *Pandectas, libro I.*—En virtud de la Constitución del Divino Augusto puedo manumitir ante el Prefecto de Egipto.

22. PAULO; *Cuestiones, libro XII.*—Un padre, sabiendo que su hijo vivía en Roma le escribió desde una provincia una carta, por la que le permitió que diese con la vindicta la libertad al que él quisiera de los esclavos que allí tenía consigo á su servicio; y después el hijo manumitió á Stico ante el Pretor; pregunto, si lo habrá hecho libre. Respondi: ¿porqué no creeremos que se le concedió al padre que pueda permitirle al hijo que dé la libertad á uno de los que tuviera á su servicio? Porque al hijo le concedió la sola elección, pero él mismo hizo la manumisión.

(1) ex quo provinciam ingressus est. adicienda Hal. Vulg.

(2) pater manumittere, Hal. Vulg.

(3) non, omitela el códice citado por Geb.

(4) Taur. según corrección del códice Fl.; manumittere non potest. la escritura original, Br.

(5) viginti, inserta Vulg.

(6) quinque, omitenda Hal. Vulg.

(7) qua, Hal. Vulg.

23. HERMOGENIANUS libro I. Iuris Epitomarum.—Manumissio per lictores hodie domino tacente expediri solet, et verba solennia, licet non dicantur, ut dicta accipiuntur.

24. PAULUS libro II. ad Neratium (1).—Pupillus, qui infans non est, apud consilium recte manumittit. Paulus: scilicet tutore auctore, ita tamen, ut peculium eum non sequatur.

25. GAIVS libro I. de Manumissionibus.—Si tutoris habendi causa pupillus manumittat, probationis esse causam Fufidius (2) ait. Nerva filius contra sentit; quod verius est; namque perabsurdum est, in eligendo tutore firmum videri esse iudicium pupilli, cuius in omnibus rebus ut infirmum iudicium tutore auctore regitur.

TIT. III

DE MANUMISSIONIBUS, QUAE SERVIS AD UNIVERSITATEM PERTINENTIBUS IMPONUNTUR

[Cf. Cod. VII. 9.]

1. ULPIANUS libro V. ad Sabinum.—Divus Marcus omnibus collegiis, quibus coeundi ius est, manumittendi potestatem dedit;

2. IDEM libro XIV. ad Sabinum.—quare hi quoque legitimam hereditatem liberti vindicabunt.

3. PAPIANUS (3) libro XIV. Responsorum.—Servus civitatis iure manumissus non ademptum peculium retinet; ideoque debitor ei solvendo liberatur.

TIT. IV

DE MANUMISSIS TESTAMENTO

[Cf. Cod. VII. 2. 3.]

1. ULPIANUS libro IV. ad Sabinum.—Quum saepius datur servo libertas, placet, eam favore valere, ex qua pervenit ad libertatem.

2. IDEM libro V. ad Sabinum.—Si quis ita heredem instituerit: «Titius heres esto; si Titius heres non erit, Stichus heres esto; Stichus liber (4) esto», non esse Stichum liberum, Aristo ait, Titio herede existente. Mihi videtur posse dici, liberum fore, quasi non utique alio gradu acceperit libertatem, sed dupliciter; quo iure utimur.

3. POMPONIVS libro I. ad Sabinum.—Nec militi minori annis viginti permittitur, posse testamento suo servum manumittere.

4. IDEM (5) libro II. ad Sabinum.—Si quis ita scripserit: «Stichus liber esto, eique heres (6) meus decem dato», nulla dubitatio est, quin debeantur

23. HERMOGENIANO; Epítome del Derecho, libro I.—Hoy día se suele verificar la manumisión por medio de los lictores quedando callado el señor, y las palabras solemnes, aunque no se digan, se tienen por dichas.

24. PAULO; Comentarios á Neracio, libro II.—El pupilo, que ya no está en la infancia, manumite válidamente ante el consejo. Y dice Paulo: por supuesto, con la autoridad del tutor, pero de suerte que no le siga el peculio.

25. GAYO; De las Manumisiones, libro I.—Si un pupilo manumitiera á esclavo para tener tutor, dice Fufidio que esta es causa plausible. Nerva, el hijo, opina lo contrario; lo que es más verdadero; porque es muy absurdo que para elegir tutor se considere que es firme el juicio del pupilo, en todas cuyas cosas es regido como débil su juicio por la autoridad del tutor.

TÍTULO III

DE LAS MANUMISIONES QUE SE DAN Á LOS ESCLAVOS PERTENECIENTES Á UNA UNIVERSIDAD

[Véase Cód. VII. 9.]

1. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro V.—El Divino Marco les concedió á todos los colegios, que tenían derecho para reunirse, facultad para manumitir;

2. EL MISMO; Comentarios á Sabino, libro XIV.—por lo que también ellos reivindicarán la herencia legítima del libertino.

3. PAPIANO; Respuestas, libro XIV.—El esclavo de una ciudad legalmente manumitido retiene el peculio de que no se le privó; y por lo tanto, pagándole, se libra el deudor.

TÍTULO IV

DE LOS MANUMITIDOS EN TESTAMENTO

[Véase Cód. VII. 2. 3.]

1. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro IV.—Cuando muchas veces se le da á un esclavo la libertad, está determinado que valga por favor aquella por la cual llegó á la libertad.

2. EL MISMO; Comentarios á Sabino, libro V.—Si alguno hubiere instituido heredero de este modo: «Sea heredero Ticio; si Ticio no fuere heredero, sea heredero Stico; y Stico sea libre», dice Aristón, que Stico no es heredero, quedando heredero Ticio. Á mí me parece que se puede decir, que habrá de ser libre, como si no hubiere recibido la libertad en otro grado, sino las dos veces; cuyo derecho observamos.

3. POMONIO; Comentarios á Sabino, libro I.—Ni aun al militar menor de veinte años se le permite que pueda manumitir por testamento á un esclavo.

4. EL MISMO; Comentarios á Sabino, libro II.—Si alguno hubiere escrito así: «Sea libre Stico, y déle diez mi heredero», no hay duda alguna que se

(1) libro III. ad Plantium, Hal.

(2) Aufidius, Hal. Vulg.

(3) Paulus, Vulg.

(4) haeresque, inserta Vulg.

(5) Paulus, Hal. Vulg.

(6) Hal. Vulg.; heres, omítela el códice Fl.

ei (1), etiãmsi eum paterfamilias vivus manumiserit.

§ 1.—Sed et si sic; «Stichus liber esto, sive statim, sive post tempus, eique quum liber erit, heres meus decem dato», idem dicendum est.

§ 2.—Illud constabit, si libertate data sic fuerit legatum: «eique, si eum vindicta liberavero, heres meus decem dato». Licet ex nimia subtilitate separatum est a testamento, attamen humanitatis intuitu valebit legatum, si vivus eum manumiserit.

5. *IDEM libro III. ad Sabinum.*—In libertatibus levissima scriptura spectanda est, ut, si plures sint, quae (2) manumisso facillior sit, ea levissima intelligatur. Sed in fideicommissariis libertatibus novissima scriptura spectatur.

6. *ULPIANUS libro XVIII. ad Sabinum.*—Si fructuarium dominus proprietatis heredem scripserit, et servo sub conditione sit libertas data, quoniam interim sit (3) heredis, confusione facta ususfructus, si extiterit conditio, perveniet ad libertatem.

7. *IDEM libro XIX. ad Sabinum.*—Neracius scribit, eius, cui libertas sic data est: «si mihi nullus filius erit, quum moriar, Stichus liber esto», impediri libertatem postumo nato; sed dum speratur nasci, utrum in servitute (4) remanere dicimus, an vero ex postfacto respondemus retro liberum fuisse, nullo filio nato? Quod magis arbitror probandum.

8. *POMPONIUS libro V. ad Sabinum.*—Si ita sit scriptum: «Stichus, si rationes diligenter tractasse videbitur, liber esto», diligentiam desiderandam (5), quae domino, non quae servo erit utilis, coniuncta fidei bonae, et in reliquis quoque reddendis.

9. *ULPIANUS libro XXIV. ad Sabinum.*—Si quis ita legatus sit, ut manumittatur, et (6) si manumissus non fuerit, liber esse iussus est, eique legatur, et libertatem competere, et legatum deberi, saepe responsum (7) est.

§ 1.—Quod constitutum est, vetitum in testamento ad libertatem perduci, non posse manumitti, hoc ad eos pertinere puto, qui testatoris fuerunt vel heredis; servo enim alieno id irrogari non poterit.

10. *PAULUS libro IV. ad Sabinum.*—Si peculium praelegatum est, et vicarius liber esse iussus sit, liberum eum esse constat; multum enim interest inter genus et speciem; speciem enim eximi de

le deben, aunque el padre de familia lo hubiere manumitido en vida.

§ 1.—Pero si hubiere escrito así: «sea libre Stichus, ó inmediatamente, ó después de cierto tiempo, y cuando fuere libre déle diez mi heredero», también se ha de decir lo mismo.

§ 2.—Lo mismo será, si habiéndose dado la libertad se hubiere legado de este modo: «y á éste, si yo le hubiere dado la libertad con la vindicta, déle diez mi heredero». Aunque en estricto rigor esto sea diverso de lo hecho por testamento, valdrá, sin embargo, por consideración de humanidad el legado, si lo hubiere manumitido en vida.

5. *EL MISMO; Comentarios á Sabino, libro III.*—En las manumisiones se ha de atender á la escritura más llevadera, de suerte que, si hubiera muchas, se entienda que es más llevadera aquella por la cual sea más fácil la manumisión. Pero tratándose de libertad dejada por fideicomiso, se atiende á la última escritura.

6. *ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XVIII.*—Si el dueño de la propiedad hubiere instituido heredero al usufructuario, y al esclavo se le hubiera dado bajo condición la libertad, como quiera que mientras tanto es del heredero, hecha la confusión del usufructo, llegará á la libertad si se hubiere cumplido la condición.

7. *EL MISMO; Comentarios á Sabino, libro XIX.*—Escribe Neracio, que nacido un postumo se impide la libertad de aquel á quien se le dió de este modo la libertad: «si yo no tuviere ningún hijo cuando muera, sea libre Stichus»; pero mientras se espera que nazca, ¿decimos que permanece en esclavitud, ó responderemos que por virtud de un hecho posterior se hizo retroactivamente libre, no habiendo nacido ningún hijo? Y esto es lo que considero que preferentemente se ha de aprobar.

8. *POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro V.*—Si se hubiera escrito así: «si se viere que Stichus llevó con diligencia las cuentas, sea libre», se ha de exigir la diligencia que le fuere útil al señor, no la que al esclavo, junta con la buena fe y también con la entrega de los sobrantes.

9. *ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXIV.*—Si alguno hubiera sido legado de modo que sea manumitido, y se dispuso que si no hubiere sido manumitido fuese libre, y se le hiciera un legado, se respondió muchas veces que le compete la libertad y que se le debe el legado.

§ 1.—Lo que se estableció que no podía ser manumitido aquél respecto al cual se prohibió en testamento que fuera constituido en libertad, opino que se refiere á aquellos que fueron del testador ó del heredero; porque esto no se le podrá atribuir á un esclavo ajeno.

10. *PAULO; Comentarios á Sabino, libro IV.*—Si se prelegó el peculio, y se hubiera mandado que fuera libre un esclavo vicario, es sabido que éste es libre; porque hay mucha diferencia entre el gé-

(1) *Taur.* según la escritura original; ei, omítela la corrección del código Fl., Br.

(2) *Taur.* según la escritura original; qua, la corrección del código Fl., Br.

(3) *Hal. Vulg.*; sit, el código Fl.

(4) *Taur.*; servitatem, el código Fl., Br.

(5) diligentiã consideranda, *Hal.*

(6) *Hal. Vulg.*; ut, la escritura original del código Fl.; ut, omítela *Taur.* según la corrección del código Fl., Br.

(7) rescriptum, *Vulg.*

genere placet; quod est in peculio legato et vicario manumisso.

§ 1.—Si servus legatus liber esse iussus est, liber est; sed si prius liber esse iussus, postea legatus sit, si quidem evidens voluntas sit testatoris, quod ademit libertatem, quum placeat hodie etiam libertatem adimi posse, legato eum cedere puto; quodsi in obscuro sit, tunc favorabilis respondeatur, liberum fore.

11. POMPONIUS libro VII. ad Sabinum.—Si legato servo fideicommissa libertas relicta est, vel heres, vel legatarius eum cogitur manumittere.

§ 1.—«Si Stichus et Pamphilus decem dederit, liberi sunt»; potest alter quinque dando liber esse, quamvis alter non dederit.

§ 2.—Quum testamento servus liber esse iussus est, vel uno ex pluribus heredibus institutis ad eum hereditatem statim liber est.

12. ULPIANUS libro L. ad Edictum.—Si quis libertatem sub iurisiurandi conditione reliquerit, Edicto Praetoris locus non erit, ut iurisiurandi conditio remittatur; et merito, nam si quis remiserit conditionem libertatis, ipsam libertatem impedit, dum competere aliter non potest, quam si paritum fuerit conditioni.

§ 1.—Proinde et si legatum quis cum libertate acceperit, non aliter legatum habebit, nisi conditioni iurisiurandi paruerit.

§ 2.—Sed si pure libertatem acceperit, legatum sub iurisiurandi conditione, putat Iulianus libro trigesimo primo (1) Digestorum, remitti ei conditionem iurisiurandi.

§ 3.—Idem puto dicendum, et si libertati (2) quoque iniecta conditio sit, sed (3) testator eum vivus manumisit; nam et hic (4) conditio legati remittetur.

13. IDEM libro V. Disputationum.—Si ita fuerit servis duobus libertas data, si insulam aedificaverint, vel si statuum posuerint, dividi haec conditio non poterit; solummodo illud habebit dubitationem, an altero faciente satisfactum voluntati videatur, ideoque ad libertatem perveniat. Quod magis est, nisi aliud expressit testator; faciendo tamen sibi conditionem implevit, alteri non; quin imo extinguitur ei conditio, nec enim amplius parere conditioni potest, quum semel expleta sit.

§ 1.—Idem quaeri potest, et si fabris duobus vel pictoribus, si membrum (5) depinxissent, vel si fabricassent navem, quid adscriptum sit; nam voluntatis erit quaestio, num alteri alterius facti conditionem iunxerit. Quae res efficit, ut, quoad (6) alter cessat, alteri quoque, qui facere paratus est, conditio deficiat. Quodsi ex his, quae scripsit vel

nero y la especie; porque está determinado que la especie sea deducida del género; lo que sucede habiendo sido legado el peculio y manumitido un esclavo vicario.

§ 1.—Si se dispuso que un esclavo legado fuese libre, es libre; pero si primeramente se mandó que fuese libre, y después hubiera sido legado, si verdaderamente fuera evidente la voluntad del testador, porque revocó la libertad, como quiera que hoy está admitido que también se puede revocar la libertad, opino que él queda sujeto al legado; pero si estuviera dudoso, en este caso se responde más favorablemente, que debe ser libre.

11. POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro VII.—Si á un esclavo legado se le dejó por fideicomiso la libertad, es obligado el heredero ó el legatario á manumitirlo.

§ 1.—«Si Stico y Pánfilo hubieren dado diez, sean libras»; puede uno ser libre dando cinco, aunque el otro no los diere.

§ 2.—Cuando en testamento se dispuso que fuese libre un esclavo, es libre inmediatamente adiendo la herencia tan solo uno de los varios herederos instituidos.

12. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro L.—Si alguno hubiere dejado la libertad bajo condición de juramento, no tendrá lugar el Edicto del Pretor para que se remita la condición del juramento; y con razón, porque si alguno remitiere la condición de la libertad, impide la misma libertad, pues no puede competir de otro modo, sino si se hubiere obedecido á la condición.

§ 1.—Por consiguiente, también si uno hubiere recibido con la libertad un legado, no tendrá de otra suerte el legado, sino si hubiere obedecido á la condición del juramento.

§ 2.—Pero si hubiere recibido la libertad puramente, y un legado bajo condición de juramento, opina Juliano en el libro trigésimo primero del Digesto, que se le remite la condición del juramento.

§ 3.—Opino que se ha de decir lo mismo, también si para la libertad se hubiera impuesto una condición, pero el testador lo hubiere manumitido en vida; porque también en este caso se remitirá la condición del legado.

13. EL MISMO; Disputas, libro V.—Si á dos esclavos se les hubiere dado la libertad, si hubieren edificado una casa, ó si hubieren levantado una estatua, no se podrá dividir esta condición; solamente implicará duda esto, si haciendo uno aquello se considerará haberse cumplido la voluntad, y por lo tanto llegará á la libertad. Lo que es más cierto, si otra cosa no dispuso el testador; pero obrando éste cumplió para sí la condición, no para el otro; antes bien se extingue la condición para éste, porque no puede cumplir ya una condición, que una vez haya sido cumplida.

§ 1.—Lo mismo se puede preguntar, también si á dos artifices ó pintores se les hubiera asignado alguna cosa, si hubiesen pintado parte de una casa ó construido una nave; porque la cuestión se referirá á la voluntad, sobre si habrá impuesto al uno la condición del hecho de otro. Lo cual hace, que dejando de obrar el uno, falte la condición también

(1) primo, omitata Hal.
(2) Hal. Vulg.; libertate, el códice Fl.
(3) si, Hal. Vulg.

(4) haec, Hal. Vulg.
(5) templum, Vulg.
(6) Taur. según el códice Fl., en el que se lee quod ad.

dixit, ostenditur contentus esse testator, vel alterum facere, res erit expedita; nam alter faciendo aut et sibi et socio proderit, aut sibi tantum, prout voluisse testatorem apparuerit.

§ 2.—Haec quaestio et in eo tractatur, si quis libertatem dederit servis duobus, si rationes redderint; Iulianus enim tractat, si alter reddere sit paratus, alter non sit, an alter per alterum impediat. Et rectissime ait, si quidem separatim rationes gesserunt, sufficere ad libertatem adipiscendam ei, qui suas rationes reddit; si vero simul, non alias videri alterum paruisse, nisi utriusque reliqua exsolverit. In reliquis accipere debemus, ut et ipsa volumina rationum reddantur.

§ 3.—Sed et si ancilla cum filiis libera esse iussa sit, etsi nullos habeat, erit libera; vel si habeat quidem, filii autem eius ad libertatem pertinere (1) non possint, idem erit dicendum; et si ipsa libera esse non possit, filii tamen eius perveniant ad libertatem. Nam haec adiectio: «cum filiis», non facit conditionem, nisi mihi proponas, aliam sententiam testatoris fuisse; tunc enim pro conditione erunt haec verba accipienda. Conditionem autem non facere, argumento est et Edictum Praetoris, quo ita cavetur: *VENTREM CUM LIBERIS IN POSSESSIONEM ESSE IUBEBO*; placet enim, etsi nulli liberi (2) sint, ventrem tamen ex Edicto in possessionem mittendum.

14. *IDEM libro VIII. Disputationum.* — Quum servus pure liber scribitur, et heres sub conditione, placet, deficiente conditione habere eum libertatem.

15. *JULIANUS (3) libro XXXII. Digestorum.* — «Stichum Sempronio do lego; si Sempronius Stichum intra annum non manumiserit, idem Stichus liber esto»; quaesitum est, quid iuris sit. Respondit, hoc modo libertate data: «si Sempronius non manumiserit, Stichus liber esto», Sempronium, nisi manumiserit, nihil iuris in Stichum habiturum, sed liberum eum futurum.

16. *IDEM libro XXXVI. Digestorum.* — Si ita scriptum fuerit: «quum Titius annorum triginta erit, Stichus liber esto, eique heres meus fundum dato», et Titius, antequam ad annum trigesimum perveniret, decesserit, Stichus libertas competet, sed legatum non debebitur; nam favore libertatis receptum est, ut mortuo Titio tempus superesse videretur, quo impleto libertas contingeret; circa legatum defecisse conditio visa est.

17. *IDEM libro XLII. Digestorum.* — Libertas, quae in ultimum vitae tempus confertur, veluti: «Stichus, quum morietur, liber esto», nullius momenti existimanda est.

para el otro que está dispuesto á obrar. Pero si por lo que escribió ó dijo se demostrare que el testador se contentó con que á lo menos obre uno, el caso será expedito; porque obrando uno, hará cosa provechosa ó para sí y para su socio, ó solamente para sí, según apareciere que lo quiso el testador.

§ 2.—Discútese también esta cuestión cuando alguno hubiere dado la libertad á dos esclavos, si hubieren rendido las cuentas; porque Juliano examina, si, estando uno dispuesto á rendirlas, y otro no, se le causará al uno impedimento por el otro. Y con muchísima razón dice, que si verdaderamente hubieren llevado las cuentas por separado, le basta al uno para alcanzar la libertad haber rendido sus cuentas; pero que si juntamente, no se considera que uno cumplió, sino si hubiere entregado los residuos de uno y de otro. Debemos comprender en los residuos también la obligación de que se devuelvan los mismos libros de las cuentas.

§ 3.—Pero si se hubiera mandado que una esclava fuese libre juntamente con sus hijos, también será libre aunque no tenga ninguno; y si verdaderamente los tuviera, pero sus hijos no pudieran llegar á la libertad, se habrá de decir lo mismo; y si ella misma no pudiera ser libre, llegarán, sin embargo, á la libertad sus hijos. Porque esta adición: «juntamente con sus hijos», no constituye una condición, á no ser que me digas que fué otra la intención del testador; porque entonces estas palabras habrán de ser consideradas como condición. Mas prueba que no constituyen condición el Edicto del Pretor, en el que se dispone así: «mandaré que esté en posesión el que está en el claustro materno juntamente con los hijos»; porque está determinado, que aunque no haya ningunos hijos, ha de ser, sin embargo, puesto en posesión en virtud del Edicto el que está en el claustro materno.

14. *EL MISMO; Disputas, libro VIII.*—Cuando un esclavo es instituido libre puramente, y heredero bajo condición, está determinado, que faltando la condición tiene él la libertad.

15. *JULIANO; Digesto, libro XXXII.*—«Doy y lego Stico á Sempronio; si Sempronio no hubiere manumitido á Stico dentro de un año, sea libre el mismo Stico»; se preguntó, cuál sería el derecho. Respondió, que, dada la libertad de este modo: «si Sempronio no lo hubiere manumitido, sea libre Stico», Sempronio no tendrá ningún derecho sobre Stico, si no lo hubiere manumitido, sino que éste habrá de ser libre.

16. *EL MISMO; Digesto, libro XXXVI.*—Si se hubiere escrito así: «cuando Ticio fuere de treinta años sea libre Stico, y déle un fundo mi heredero», y Ticio hubiere fallecido antes de llegar á los treinta años, le competirá la libertad á Stico, pero no se deberá el legado; porque en favor de la libertad se admitió, que aun muerto Ticio se considerase que continuaba el término, hasta que cumplido éste competiese la libertad; pero respecto al legado se consideró que faltó la condición.

17. *EL MISMO; Digesto, libro XLII.*—La libertad que se confiere para el último momento de la vida, por ejemplo: «Stico sea libre, cuando él muriere», ha de ser estimada de ningún valor.

(1) pervenire, *Hal. Vulg.*

(2) *Taur.*; deberi, la escritura original; de liberis, la corrección del códice Fl.; liberis, la corrección del códice Fl., Br.

(3) *Taur.*; Iulianus, et códice Fl., Br.

§ 1.—Haec autem scriptura: «Stichus, si Capitolium non ascenderit, liber esto», ita accipienda est, si, quum primum potuerit, Capitolium non ascenderit; isto enim modo perveniet Stichus ad libertatem, si facultate data ascendendi Capitolium abstinerit.

§ 2.—Hac scriptura testamenti: «Pamphilus liber esto, ita ut filiis meis rationes (1) reddat», an sub conditione libertas data videretur, quaesitum est. Respondi, pure quidem datam libertatem, et illam adiectionem: «ita ut rationes reddat», conditionem libertati non iniicere, tamen, quia manifesta voluntas testantis exprimeretur (2), cogendum eum ad rationes reddendas.

§ 3.—Post annos indistincte liber esse iussus post biennium liber erit; idque et favor libertatis exigit, et verba patiuntur, nisi si aliud sensisse patremfamilias manifestissimis rationibus is, a quo libertas relicta est, probaverit.

18. IDEM libro II. ad Urseium Ferozem. — Qui duos heredes instituebat, post alterius mortem servum liberum esse iusserat; is, ex cuius morte libertas pendebat, vivo testatore decesserat; Sabinus respondit, liberum futurum.

§ 1.—Haec conditio: «quum moriar, liber esto», vitae tempus complectitur, et idcirco inutilis esse videtur; sed melius est, verba benignius interpretari, ut post mortem suam videatur testator ei libertasem reliquisse.

§ 2.—Sed multo magis haec: «ad annum liber esto», vel ita accipi potest: «post annum, quam moriar, liber esto»; et licet hoc modo accipiatur: «post annum, quam hoc testamentum factum erit, liber esto», si evenerit, ut intra annum testator decesseret (3), inutilis non erit.

19. IDEM libro III. ad Urseium Ferozem. — Quidam heredem suum rogaverat, ut servum manumitteret; deinde si heres eum non manumisit, liberum esse iusserat, eique legaverat; heres eum manumisit (4); plerique existimant, hunc ex testamento libertatem consequi; secundum (5) hoc legatum quoque ei debetur.

20. AFRICANUS libro I. Quaestionum. — Servus legavit, et cavit ita: «rogo, si te promeruerunt (6), dignos eos libertate existimes»; Praetoris hae partes sunt, ut cogat libertatem praestari, nisi si quid tale hi servi admiserint, ut indigni sint, quo libertatem consequantur, non etiam, ut talia officia ab his exigantur, pro quibus libertatem mereri debent. Arbitrium tamen eius erit, qui rogatus sit, quo tempore quemque velit manumittere, ita ut, si vivus non manumisisset, heres eius statim libertatem praestare cogatur.

21. IDEM libro IV. Quaestionum. — Stichus, imo

§ 1.—Mas esta cláusula: «sea libre Stico, si no subiere al Capitolio», ha de ser entendida así, si no hubiere subido al Capitolio tan pronto como hubiere podido; porque de este modo llegará Stico á la libertad, si teniendo posibilidad de subir al Capitolio se hubiere abstenido.

§ 2.—Se preguntó, si con esta cláusula de un testamento: «sea libre Pánfilo, de suerte que rinda las cuentas á mis hijos», se consideraria dada bajo condición la libertad. Respondí, que la libertad fué, á la verdad, dada puramente, y que aquella adición: «de suerte que rinda las cuentas», no imponía una condición para la libertad, pero que, como se expresaba clara la voluntad del testador, debia ser obligado aquél á rendir las cuentas.

§ 3.—El que mandó que fuese libre indeterminadamente después de años, será libre después de un bienio; y esto exige el favor de la libertad, y concienten las palabras, á no ser que con evidéntisimas razones hubiere probado aquél, á cuyo cargo se dejó la libertad, que otra cosa entendió el padre de familia.

18. EL MISMO; *Comentarios á Urseyo Feroz, libro II.* — Uno, que instituía á dos por herederos, había mandado que un esclavo fuese libre después de la muerte del uno; aquél, de cuya muerte dependía la libertad, había fallecido en vida del testador; Sabinus respondió, que el esclavo habrá de ser libre.

§ 1.—Esta condición: «Cuando yo muriere, sea libre», comprende el tiempo de la vida, y por esto se considera que es inútil; pero es mejor que las palabras sean interpretadas con más benignidad, de suerte que se considere que el testador le dejó la libertad para después de su propia muerte.

§ 2.—Pero con mucha más razón, esta cláusula: «sea libre al año», se puede entender de este modo: «sea libre después de un año que yo muera»; y aunque se entienda de este modo: «después de un año, que hubiere sido hecho este testamento, sea libre», si aconteciere que el testador falleciere dentro del año, no será inútil.

19. EL MISMO; *Comentarios á Urseyo Feroz, libro III.* — Uno le había rogado á su heredero, que manumitiese á un esclavo; luego había dispuesto, que si el heredero no lo hubiere manumitido, fuese libre, y le había hecho un legado; el heredero no lo manumitió; opinan los más, que éste consigue la libertad en virtud del testamento; según lo que, también se le debe el legado.

20. AFRICANO; *Cuestiones, libro I.* — Uno legó unos esclavos, y dispuso así: «te ruego, que, si lo hubieren merecido de tí, los estimes dignos de la libertad»; será de la atribución del Pretor obligar á que se dé la libertad, á no ser que estos esclavos hubieren hecho una cosa tal, que sean indignos de que consigan la libertad, sin que también de ellos se exijan tales servicios que por ellos deban merecer la libertad. Mas estará al arbitrio de aquél, á quien se le hubiere rogado, el tiempo en que quiera manumitir á cada uno, de suerte que, si en vida no lo hubiese manumitido, sea obligado su heredero á darle inmediatamente la libertad.

21. EL MISMO; *Cuestiones, libro IV.* — «Sea libre

(1) Hal. Vulg.; rationem, et códice Fl.

(2) Taur. según corrección del códice Fl.; exprimetur, la escritura original, Br.
Hal.; deoedet, et códice Fl.

(4) leg. Licet enim haeres eum non manumisit, Hal.

(5) sed por secundum, Hal.

(6) vel te pro me usi fuerint, inserta el códice citado por Geb.

Pamphilus liber esto; Pamphilum liberum futurum respondit; quodammodo enim emendasse errorem suum testatorem; idemque iuris fore, etiam si ita scriptum fuerit: «Stichus liber esto, imo Pamphilus liber esto».

22. *IDEM libro IX. Quaestionum.* — Qui filium impuberem heredem instituit, Stichum ratione argenti, quod sub cura eius esset, reddita, liberum esse iusserat; is servus, parte argenti subtracta, cum tutore divisit, atque ita tutor ei parem rationem adscripsit; consultus, an Stichus liber esset, respondit, non esse liberum. Nam quod alioquin placeat, si statuliber pecuniam dare iussus tutori det, vel per tutorem stet, quominus conditioni pareatur, pervenire eum ad libertatem, ita accipiendum, ut bona fide et citra fraudem statuliberi et tutoris id fiat, sicut et in alienationibus rerum pupillarum servatur. Itaque et si offerente statulibero pecuniam tutor (1) in fraudem pupilli accipere nolit, non aliter libertatem contingere, quam si servus fraude careat; eademque et de curatore dicenda. Item quaesitum est, rationem argenti reddere iussus, in quem modum intelligendus sit conditioni paruisse, id est, an, si quaedam vasa sine culpa eius perierint, atque ita reliqua vasa heredi bona fide assignaverit, perveniat ad libertatem. Respondit, perventurum; nam sufficere, si ex aequo et bono rationem reddat; denique quam rationem bonus paterfamilias reciperet, ea heredi reddita impletam conditionem videri.

23. *MARCIANUS libro I. Institutionum.* — Testamento manumissus ita demum fit liber, si testamentum valeat, et ex eo adita sit hereditas, vel si quis omnia causa testamenti ab intestato possideat hereditatem.

§ 1.—Testamento data libertas competit, pure quidem data statim, quam adita fuerit hereditas vel ab uno ex heredibus; si in diem autem libertas data est, vel sub conditione, tunc competit libertas, quum dies venerit, vel conditio extiterit.

24. *GAIUS libro I. Rerum quotidianarum, sive Auroarum.* — Nominatim videntur liberi esse iussi, qui vel ex artificio, vel officio, vel quolibet alio modo evidenter denotati essent, veluti: «dispensator meus, cellarius meus, coquus (2) meus, Pamphili servi mei filius».

25. *ULPIANUS libro IV. Regularum.* — Testamento liber esse iussus tum fit liber, quum adita fuerit hereditas qualibet ex parte, si modo ab eo gradu, quo liber esse iussus est, adita fuerit, et pure quis manumissus sit.

26. *MARCIANUS libro I. Regularum.* — Divus Pius

Stico, por mejor decir, Pánfilo; respondió, que Pánfilo había de ser libre; porque en cierto modo el testador enmendó su error; y el mismo derecho habrá de haber, también si se hubiere escrito así: «sea libre Stico, por mejor decir, sea libre Pánfilo».

22. *EL MISMO; Cuestiones, libro IX.* — Uno que instituyó heredero á su hijo impúbero, había dispuesto que Stico fuese libre, habiendo dado cuenta de la plata que estuviese á su cuidado; este esclavo, habiendo substraído parte de la plata, la dividió con el tutor, y de este modo el tutor le dió por buena la cuenta; habiendo sido consultado sobre si Stico sería libre, respondió, que no era libre. Porque lo que en otro caso está admitido, que si á aquel á quien se le dió en testamento la libertad bajo condición se le hubiese mandado que le diera dinero al tutor, y lo diese, ó en el tutor consistiera que no se cumpla la condición, llegue él á la libertad, se ha de entender de modo que esto se haga de buena fe y sin fraude de aquel á quien se le dejó la libertad bajo condición, ni del tutor, según se observa también en las enajenaciones de los bienes pupilares. Y así, aunque ofreciendo el dinero aquel á quien se le dejó la libertad bajo condición no lo quisiere recibir el tutor en fraude del pupilo, no obtiene la libertad de otro modo, sino si el esclavo estuviera exento de fraude; y lo mismo se ha de decir también respecto al curador. También se preguntó, de qué modo se ha de entender que cumplió la condición aquel á quien se le mandó dar cuenta de la plata, esto es, si llegará á la libertad, si se hubieren perdido algunos vasos sin culpa suya, y de este modo le hubiere entregado de buena fe al heredero los restantes vasos. Respondió, que habia de llegar; porque bastaba si conforme á lo bueno y á lo equitativo diera cuenta; y finalmente, que se considera cumplida la condición, dada al heredero aquella cuenta que admitiría un buen padre de familia.

23. *MARCIANO; Instituta, libro I.* — El manumitido por testamento se hace libre solamente si fuera válido el testamento, y en virtud de él hubiera sido adida la herencia, ó si alguno, habiendo prescindido de la causa del testamento, poseyera la herencia abintestato.

§ 1.—Compete la libertad dada por testamento, habiendo sido dada puramente, desde luego que hubiere sido adida la herencia aunque por uno solo de los herederos; mas si la libertad fué dada á término, ó bajo condición, compete la libertad siempre y cuando hubiere llegado el término, ó se hubiere cumplido la condición.

24. *GAYO; Diario, libro I.* — Se considera que se mandó nominalmente que fueran libres los que evidentemente hubieren sido designados ó por su arte, ó por su oficio, ó de otro cualquier modo, por ejemplo: «mi administrador, mi dispensero, mi cocinero, el hijo de mi esclavo Pánfilo».

25. *ULPIANO; Reglas, libro IV.* — El que en testamento se dispuso que fuese libre se hace libre siempre y cuando la herencia hubiere sido adida por cualquiera parte, con tal que haya sido adida por aquel grado en que se mandó que fuese libre, y uno hubiera sido manumitido puramente.

26. *MARCIANO; Reglas, libro I.* — El Divino Pio

(1) *Taur.* según la escritura original; tutori, la corrección del códice Fl., Br.

(2) *socius, Vulg.*

et Divi fratres favorabiliter rescripserunt, quum servo cum libertate substituto legatum erat, si heres non esset, non adscripta libertate, perinde haberi, atque si adscripta esset et libertas.

27. PAULUS libro I. ad legem Aeliam Sentiam.— Qui potuerint apud consilium manumittendo ad libertatem perducere, possunt etiam necessarium heredem facere, ut haec ipsa necessitas probabillem faciat manumissionem.

28. IDEM libro singulari de Iure codicillorum.— «Stichus, si codicillis eum non vetuero liberum esse, liber esto»; sic est, atque si diceret: «Stichus, si in Capitolium non ascendero, liber esto»; nam et heres sic institui potest.

29. SCAEVOLA libro XXIII. Digestorum.— Uxorem praegnantem repudiaverat, et aliam duxerat; prior enixa filium exposuit; hic sublatus ab alio educatus est, nomine patris vocitatus; usque ad vitae tempus patris, tam ab eo, quam a matre, an vivorum numero esset, ignorabatur; mortuo patre testamentoque eius, quo filius neque exheredatus, neque heres institutus sit, recitato, filius et a matre, et ab avia paterna agnitus hereditatem patris ab intestato quasi legitimus possidet; quaesitum est, hi, qui testamento libertatem acceperunt, utrum liberi, an servi sint. Respondit, filium quidem nihil praeiudicii passum fuisse, si pater eum ignoravit, et ideo quum in potestate et ignorantis patris esset, testamentum non valere; servi autem manumissi si per quinquennium in libertate morati sunt, semel datam libertatem infirmari, contrarium studium favori (1) libertatis est.

30. ULPIANUS libro XIX. ad Edictum.— Si servi, qui apud hostes sunt, liberi esse iussi sunt, ad libertatem perveniunt, quamvis neque testamenti, neque mortis tempore testantis, sed hostium fuerunt.

31. PAULUS (2) libro XXVI. ad Edictum.— Quum ex pluribus eodem nomine servis unus liber iussus, non appareat, qui sit, nullus liber est.

32. [34.] ULPIANUS (3) libro LXV. ad Edictum.— Sciendum est, necessario herede existente, quamvis se absteineat, tamen libertates competere, si modo non in fraudem legis Aeliae Sentiae datae fuerint.

33. [32.] PAULUS libro XII. Quaestionum.— Libertas ad tempus dari non potest;

34. [33.] IDEM (4) libro LXXIV. ad Edictum.— ideoque si ita scriptum sit: «Stichus usque ad annos decem liber esto», temporis adiectio superflua est.

35. IDEM libro L. ad Edictum.— Servius existi-

y los Divinos hermanos respondieron favorablemente por rescripto, que cuando se había hecho un legado á un esclavo substituido con la libertad, si no fuese heredero, no habiéndosele asignado la libertad, se consideraba el caso lo mismo que si hubiese sido asignada también la libertad.

27. PAULO; Comentarios á la ley Elia Sencia, libro I.— Los que manumitiendo ante el consejo pudieren constituir á uno en libertad, pueden instituir también heredero necesario, á fin de que esta misma necesidad haga justificable la manumisión.

28. EL MISMO; Del derecho de los codicilos, libro único.— «Sea libre Stico, si en codicilos yo no hubiere vedado que sea libre»; es lo mismo que si dijese: «Sea libre Stico, si yo no hubiere subido al Capitolio»; porque de este modo se puede instituir también heredero.

29. SCÉVOLA; Digesto, libro XXIII.— Uno había repudiado á su mujer embarazada, y tomado otra; habiendo parido la primera expuso el hijo; recogido éste fué educado por otro, siendo llamado con el nombre del padre; hasta el término de la vida del padre se ignoró tanto por éste, como por la madre, si se hallaba en el número de los vivos; muerto el padre y leído su testamento, en el que ni había sido desheredado, ni instituido heredero el hijo, reconocido el hijo, tanto por la madre como por la abuela paterna, posee abintestato la herencia del padre, como legítimo; se preguntó, si serian libres ó esclavos los que por el testamento recibieron la libertad. Respondió, que el hijo ciertamente no sufrió ningún perjuicio si el padre no supo de él, y que, por lo tanto, habiendo estado bajo la potestad de su padre aunque ignorándolo éste, no era válido el testamento; pero si los esclavos manumitidos permanecieron en libertad durante un quinquenio, sería empeño contrario al favor debido á la libertad que se invalidase la libertad una vez dada.

30. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro XIX.— Si se mandó que fuesen libres los esclavos que están en poder de los enemigos, llegan á la libertad, aunque ni al tiempo del testamento ni al de la muerte hayan sido del testador, sino de los enemigos.

31. PAULO; Comentarios al Edicto, libro XXVI.— Cuando se mandó que de muchos esclavos de mismo nombre uno solo fuera libre, y no apareciera quién sea, ninguno es libre.

32. [34.] ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro LXV.— Se ha de saber, que habiendo heredero necesario, aunque se abstenga de la herencia, competen sin embargo las libertades, con tal que no hayan sido dadas en fraude de la ley Elia Sencia.

33. [32.] PAULO; Cuestiones, libro XII.— La libertad no se puede dar por tiempo;

34. [33.] EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro LXXIV.— y por lo tanto, si se hubiera escrito así: «sea libre Stico por diez años», es superflua la agregación del tiempo.

35. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro L.—

(1) Hal. Vulg.; favore, el códice N^o.

(2) Idem, Hal.

(3) Paulus, Hal., el cual altera el orden de este y de otros

fragmentos atendiendo á la escritura original; pero Taur. se atiene á una antigua corrección.

(4) Ulpianus, Hal.

mabat, iis (1) posse servis dari testamento directam libertatem, qui utroque tempore, et quo testamentum fit, et quo moritur, testatoris fuerunt; quae sententia vera est.

36. IDEM libro VII. ad Plautium. — Servum testamento ita manumisi: «si iuraverit, se Cornelio, filio meo, decem operarum (2) daturum, liber esto»; quaeritur, quid iuris sit. Et sciendum est, iurando servum conditionem implere, sed non teneri operarum nomine, quia, nisi post manumissionem iuret, non obligatur.

37. IDEM libro IX. ad Plautium. — Nominatim codicillis manumissus videtur servus, cuius nomen testamento continetur.

38. IDEM libro XII. ad Plautium. — Libertas testamento servo ita dari potest: «quum per leges licebit, liber esto».

39. IDEM libro XVI. ad Plautium. — «Stichus, servus meus, si eum heres alienaverit, liber esto»; inutiliter libertas datur, quia in id tempus confertur, quo alienus futurus sit; nec contrarium est, quod statuliber, etiamsi venierit, ex testamento libertatem consequitur, quippe (3) utiliter libertas data facto heredis non perimitur. Aut (4) quid in legato eo modo dato dicemus? diversum enim nulla ratione dicitur; nam inter libertatem et legatum, quantum ad hanc causam, nihil distat. Igitur nec sic (5) directo dabitur libertas: «si heredis mei esse desierit, liber esto», quia nullum casum utilem habet.

40. POMPONIIUS libro V. ex Plautio. — Iulianus ait, quum idem homo et per fideicommissum detur alicui, et liber esse iubeatur, heredem libertatem praestare debere; non enim cogetur, inquit, ex causa fideicommissi aestimationem sufficere, (6) quum debitam libertatem reddiderit.

§ 1.—Sed et quum sub conditione servo libertas per fideicommissum detur, et ipse praesenti die daretur, non aliter tradere eum cogetur, quam ut caveatur, existente conditione libertati eum restitutum iri; nam in omnibus fere causis fideicommissas libertates pro directo datis habendas. Sed Ofilius aiebat, si adimendi legati causa fideicommissam libertatem testator dedisset, ea vera esse, si vero onerari heredem a testatore legatarius ostenderit, aestimationem nihilo minus legatario praestandam.

41. IDEM libro VII. ex Plautio. — Si ita fuerit libertas relicta: «Stichus, servus meus, anno duodecimo, postquam ego mortuus ero, liber esto», verisimile est, principio duodecimi anni eum liberum esse; nam hoc mortuum sensisse, et inter (7)

Opinaba Servio; que se les podía dar en testamento la libertad directa á los esclavos, que fueron del testador en uno y en otro tiempo, así en el que se hace el testamento, como en el que fallece; cuya opinión es verdadera.

36. EL MISMO; Comentarios á Plaucio, libro VII. — Manumiti en testamento á un esclavo de este modo: «si hubiere jurado que le dará á Cornelio, mi hijo, diez dias de servicios, sea libre»; se pregunta, qué derecho habria. Y se ha de saber, que jurando el esclavo cumple la condición, pero que no queda obligado por razón de los servicios, porque no se obliga sino si jurase después de la manumisión.

37. EL MISMO; Comentarios á Plaucio, libro IX. — Se considera manumitido nominalmente en los codicilos el esclavo cuyo nombre se contiene en el testamento.

38. EL MISMO; Comentarios á Plaucio, libro XII. — En testamento se le puede dar á un esclavo la libertad de este modo: «como fuere lícito por las leyes, sea libre».

39. EL MISMO; Comentarios á Plaucio, libro XVI. — «Sea libre Stichus, mi esclavo, si el heredero lo enajenare»; la libertad se da inútilmente, porque se confiere para un tiempo en que el esclavo habrá de ser de otro; y no es contrario á esto, que aquel á quien se le dejó la libertad bajo condición consigue la libertad en virtud del testamento, aunque hubiere sido vendido, porque la libertad dada útilmente no se extingue por un hecho del heredero. Mas ¿qué diremos respecto al legado dado de este modo? Por ninguna razón diremos lo contrario; porque ninguna diferencia hay entre la libertad y un legado en cuanto á este particular. Así, pues, no se dará directamente la libertad de este modo: «si hubiere dejado de ser de mi heredero, sea libre», porque no contiene ningún caso útil.

40. POMPONIO; Doctrina de Plaucio, libro V. — Dice Juliano, que cuando un mismo esclavo sea dado por fideicomiso á alguno, y se mande que sea libre, el heredero debe darle la libertad; porque no se obligará, dice, á satisfacer por causa del fideicomiso el precio, pues habrá dado la libertad debida.

§ 1.—Pero también cuando bajo condición se le dé á un esclavo la libertad por fideicomiso, y él mismo fuese dado en aquel día, no se obligará á entregarlo de otro modo, sino si se diera caución de que será constituido en libertad cumpliéndose la condición; porque casi en todos los casos han de ser consideradas las libertades dejadas por fideicomiso como dadas directamente. Pero Ofilio decía, que si el testador hubiese dado la libertad por fideicomiso para revocar el legado, esto sería verdad, pero que si el legatario probare que el heredero fué gravado por el testador, debía pagarse á pesar de ello la estimación al legatario.

41. EL MISMO; Doctrina de Plaucio, libro VII. — Si se hubiere dejado la libertad de este modo: «sea libre Stichus, mi esclavo, el duodécimo año después que yo hubiere muerto», es verosímil que él sea libre al principio del año duodécimo; porque esto

(1) Taur. según la escritura original; his, la corrección del códice Fl., Br.

(2) oporas, Hal. Vulg.

(3) Hal.: OÖEppé, Taur. según la escritura original; cer-, te, la corrección del códice Fl., Br.

(4) At. Hal. Vulg.

(5) El códice citado por Geb.; si, el códice Fl.

(6) sufferre, al margen interior del códice Fl.

(7) Taur. al margen; in, en el texto.

hos sermones: «duodecimo annos», et: «post duodecim annos», multum interest; et ita loqui solemus: «duodecimus annus est», quum quantulumlibet ex duodecimo anno venisset, aut praeterisset; et qui duodecimo anno liber esse iubetur, omnibus anni diebus liber esse iussus est.

§ 1.—Sed si ita sit scriptum in testamento: «Stichus, servus meus, heredi meo mille numos anno, biennio, triennio, postquam ego mortuus ero, si solverit, satisve fecerit, liber esto», non potest si servus, nisi triennio praeterito, liber esse, nisi praesentem eam pecuniam solvat, aut satisfaciat; compensanda etenim est heredi libertatis celeritas praematurae pecuniarum solutioni (1).

§ 2.—Labeo scribit, si sic libertas relicta sit: «Stichus intra annum, postquam (2) mortuus ero, liber esto», statim eum liberum esse; nam et si ita sit: «si intra annum decimum (3) heredi meo dederit, liber esto», statim solvendo eo liberum esse sine mora futurum.

42. MARCELLUS libro XVI. Digestorum.—Si quis ita scripserit: «illum illius libertum esse volo», et servus libertatem petere potest, et ille, ut habeat libertum.

43. MODESTINUS libro singulari de Manumissionibus.—Libertates directae et testamento, et codicillis testamento confirmatis recte dantur, fideicommissae et ab intestato, et codicillis non confirmatis relinqui possunt.

44. IDEM libro X. Responsorum.—Maevia decedens servis suis, nomine Sacco (4) et Eutythiae et Ireneae, sub conditione libertatem reliquit his verbis: «Saccus (5), servus meus, et Eutythia et Ireneae, ancillae meae, omnes sub hac conditione liberi sunt, ut monumento meo alternis mensibus lucernam accendant, et solennia mortis peragant; quaero, quum assidue (6) monumento Maeviae Saccus, et Eutythia et Ireneae non adsint, an liberi esse possunt? Modestinus respondit, neque contextum verborum totius scripturae, neque mentem testatrix eam esse, ut libertas sub conditione suspensa sit, quum liberos eos monumento adesse voluit; officio tamen iudicis eos esse compellendos, testatrix iussione parere.

45. IDEM libro Pandectarum.—Quod vulgo dicitur, sub pluribus conditionibus data libertate levisimam conditionem spectandam esse, ita verum est, si separatim conditiones sint datae; quodsi coniunctim datae sunt, nisi omnibus paruerit, liber non erit.

46. POMPONIUS libro VII. ex variis Lectionibus.—Aristo Neratio Appiano rescripsit, testamento liber esse iussus, quum annorum triginta esset, antequam ad eam aetatem perveniret, si in metallum damnatus sit, ac postea revocetur, sine dubitatione cum libertate legatum ad eum pertinere,

entendió el difunto, y entre estas expresiones: «el duodécimo año», y «después de doce años», hay mucha diferencia; y así solemos decir: «el año duodécimo», cuando del año duodécimo hubiese llegado ó transcurrido una parte cualquiera; y respecto del que se mandó que fuese libre el año duodécimo, se mandó que fuese libre todos los días del año.

§ 1.—Pero si se hubiera escrito así en el testamento: «sea libre Stichus, mi esclavo, si le hubiere pagado ó satisfecho á mi heredero mil monedas al año, á los dos años, á los tres, después que yo hubiere muerto», este esclavo no puede ser libre, sino transcurrido el trienio, á no ser que pague ó satisfaga de presente la cantidad; porque al heredero se le ha de compensar la anticipación de la libertad con el pago anticipado del dinero.

§ 2.—Escribe Labeo, que si se hubiera dejado así la libertad: «sea libre Stichus dentro del año después que yo hubiere muerto», él ha de ser libre inmediatamente; porque también si lo hubiera sido así: «sea libre, si le hubiere dado á mi heredero dentro del décimo año», pagando él inmediatamente, habrá de ser libre sin demora.

42. MARCELO; Digesto, libro XVI.—Si alguno hubiere escrito así: «quiero que aquél sea liberto de aquél», el esclavo puede pedir la libertad, y el otro tenerlo por liberto.

43. MODESTINO; De las Manumisiones, libro único.—Las libertades directas se dan válidamente así por testamento, como por codicilos confirmados por testamento, y las dadas por fideicomiso se pueden dejar tanto abintestato, como por codicilos no confirmados.

44. EL MISMO; Respuestas, libro X.—Al morir Mevia los dejó á sus esclavos, llamados Sacco, Eutythia, é Irene, la libertad bajo condición, con estas palabras: «Sacco, mi esclavo, y Eutythia é Irene, mis esclavas, sean todos ellos libres bajo esta condición, que en meses alternados enciendan la lámpara de mi monumento, y celebren las solemnidades fúnebres»; pregunto, no asistiendo asiduamente al monumento de Mevia Sacco, Eutythia é Irene, ¿pueden ser libres? Modestino respondió, que ni el contexto de las palabras de toda la escritura, ni la intención de la testadora era, que la libertad estuviera en suspenso bajo condición, puesto que quiso que ellos asistiesen libres á su monumento; pero que es del cargo del juez compelerlos á acatar la disposición de la testadora.

45. EL MISMO; Pandectas, libro—Lo que vulgarmente se dice, que dada la libertad bajo varias condiciones se ha de atender á la condición más llevadera, es verdad de este modo, si las condiciones hubieran sido fijadas por separado; pero si fueron fijadas conjuntamente, no será libre si no las hubiera cumplido todas.

46. POMONIO; Doctrina de autores varios, libro VII.—Aristón respondió á Neracio Apiano, que si el que se dispuso en testamento que fuera libre, cuando fuese de treinta años, hubiera sido condeñado á las minas antes que llegase á esta edad, y después fuera llamado de ellas, le pertenece sin

(1) praematura pecuniarum solutione, Hal.

(2) quam, Hal.

(3) decem, Hal. Vulg.

(4) Taur. según corrección del códice Fl., que dice Saccus; Sacci, la escritura original, Br.

(5) Taur.; Saccus, el códice Fl., Br.

(6) Hal. Vulg.; assiduus, el códice Fl.

neque metallorum poena ius eius mutari. Nec aliud, si heres esset sub conditione institutus; futurum enim eum etiam necessarium.

47. PAPINIANUS (1) libro VI. *Quaestionum*.—Quum ex falsis codicillis per errorem libertas, licet non debita, praestita tamen ab herede fuisset, viginti solidos a singulis hominibus inferendos esse heredi, Princeps constituit (2).

§ 1.—Sed etsi conditionis implendae gratia servum institutus manumiserit, ac postea filius de inofficioso agendo tenuerit (3), vel testamentum falsum fuerit pronuntiatum, consequens erit, idem in hac specie fieri, quod in falsis codicillis constitutum est.

48. IDEM libro X. *Quaestionum*.—Si socius testamento libertatem ita dederit: «Pamphilus, si eum socius manumiserit, liber esto», Servius respondit, socio manumittente communem fieri libertum familiae testatoris (4) atque manumissoris; neque enim novum aut incognitum est, vario iure communi mancipio libertatem obtingere.

49. IDEM libro VI. *Responsorum*.—Testamento militis ita manumissam: «Samiam in libertate esse iussi», directam libertatem iure militiae cepisse placuit.

50. IDEM libro IX. *Responsorum*.—Quod Divo Marco pro libertatibus conservandis placuit, locum habet irrito testamento facto, si bona venitura (5) sint; alioquin vacantibus (6) fisco vindicatis non habere Constitutionem locum, aperte cavetur.

§ 1.—Servos autem testamento manumissos, ut bona suscipiant (7), iure cautionem idoneam offerre non minus, quam ceteros defuncti libertos (8), aut extrarios, declaravit. Quod beneficium minoribus annis heredibus scriptis auxilium bonis praestitutum (9) more solito desiderantibus non auferitur (10).

51. IDEM libro XIV. *Responsorum*.—Testamento centurio servos suos venire prohibuit, ac petiit (11), prout quisque meruisset, eos manumitti; libertates utiliter datas, respondit, quum, si nemo servorum offenderit, omnes ad libertatem pervenire possunt; quibusdam per offensam exclusis, residui in libertatem perveniunt.

§ 1.—Quum ita testamento adscriptum esset: «servi, qui sine offensa fuerunt, liberi sunt», conditionem adscriptam videri placuit; cuius interpretationem talem faciendam, ut de his in libertate danda cogitasse non videatur, quos poena coércuit, aut ab honore ministrandi, vel administrandae rei negotio removit.

duda el legado juntamente con la libertad, y no altera su derecho la pena de las minas. Tampoco será otra cosa, si hubiese sido instituido heredero bajo condición; porque también habrá de ser el heredero necesario.

47. PAPINIANO; *Cuestiones, libro VI*.—Cuando en virtud de falsos codicilos hubiese sido dada por error la libertad por el heredero; aunque no debida, determinó el príncipe que por cada esclavo se le habían de pagar veinte sueldos al heredero.

§ 1.—Pero aunque el instituido hubiere manumido al esclavo para cumplir una condición, y luego el hijo hubiere ganado interponiendo la querrela de inoficioso, ó hubiere sido declarado falso el testamento, será consiguiente que en este caso se haga lo mismo que se estableció tratándose de codicilos falsos.

48. EL MISMO; *Cuestiones, libro X*.—Si un condueño hubiere dado por testamento la libertad de este modo: «sea libre Pamfilo, si mi condueño lo manumitiere», respondió Servio, que manumitiéndolo el condueño se hace liberto común de la familia del testador y de la del manumisor; porque no es cosa nueva ó ignorada, que por diverso derecho llegue la libertad á un esclavo común.

49. EL MISMO; *Respuestas, libro VI*.—Se determinó, que la manumitida así en el testamento de un militar: «mandé que Samia estuviese en libertad», recibió por derecho militar la libertad directa.

50. EL MISMO; *Respuestas, libro IX*.—Lo que para conservar la libertad le plugo al Divino Marco, tiene lugar habiéndose invalidado el testamento, si se hubieran de vender los bienes; en otro caso, claramente se dispone que, reivindicados por el fisco como vacantes, no tiene lugar la Constitución.

§ 1.—Pero declaró, que los esclavos manumitidos por testamento deben ofrecer en derecho, para recibir los bienes, caución idónea, no de otra suerte que los demás libertos del difunto, ó que los extrarios. Cuyo beneficio no se les quita á los menores de edad, instituidos herederos, que pretendiesen en la forma acostumbrada el auxilio establecido para los bienes.

51. EL MISMO; *Respuestas, libro XIV*.—Un centurión prohibió en su testamento que sus esclavos fueran vendidos, y pidió que fueran manumitidos según cada uno lo hubiere merecido; respondió, que se dieron útilmente las libertades, porque si ninguno de los esclavos hubiere inferido ofensa, pueden llegar todos á la libertad; y excluidos algunos por causa de ofensa, llegan los restantes á la libertad.

§ 1.—Cuando en un testamento se hubiese escrito así: «sean libres los esclavos que estuvieren exentos de ofensa», se determinó que se considerase puesta una condición; cuya interpretación se ha de hacer de modo, que no se considere que para que se les diera la libertad pensó en aquellos á quienes corrigió con una pena, ó á quienes removió del honor de servirle, ó del cargo de administrarle un negocio.

(1) Paulus, *Vulg.*
(2) Véase el fr. 23. § 1. *D. de i. patron.* (XXXVII. 14.); y la ley 2. *C. de fidei. lib.* (VII. 4.)
(3) obtinuerit, *Hal. Vulg.*
(4) *Vulg.*; testatoris, *omitela el códice Fl.*
(5) vanum itura, *Hal.*
(6) bonis, *inserta Hal.*

(7) suscipiantur, *Hal.*
(8) liberos, *Hal.*
(9) praestitum, *Vulg.*
(10) *Br. según el códice Fl., que dice auferitur—; auferatur, Taur.*
(11) *Hal. Vulg.*; petit, *el códice Fl.*

52. PAULUS libro XII. (1) *Questionum*.— Imperatores (2) Missenio (3) Frontoni. Testamento militis his verbis adscripta libertate: «Stephanum, servum meum, liberum esse volo» vel «iubeo», adita hereditate libertas competit; et ideo ea, quae postea adiecta sunt: «sic tamen, ut cum herede meo sit, quousque (4) iuvenis sit; quod si noluerit, aut contemserit, iure servitutis teneatur», ad revocandam libertatem, quae competiit (5), non sunt efficacia. Idem et in paganorum testamentis observatur.

53. IDEM libro XV. *Responsorum*.— Lucius Titius servo libertatem dedit, si rationem actus sui ex fide dedisset Caio Seio, filio suo; quum annos pubertatis egressus fuisset Caius Seius, a curatoribus eiusdem conventus servus etiam apud iudicem omnibus satisfecit; exacta cautione a curatoribus pronuntiatum est, liberum eum esse; nunc Caius Seius, filius testatoris, negat curatoribus suis recte pecuniam illatam; quaero, an iure soluta sit quantitas. Paulus respondit, curatoribus quidem adolescentis reliquam rationem, ut conditio testamento adscripta impleatur, non iure exsolutam videri; sed si praesente adolescente pecunia illata est, vel in rationibus eius relata, impletam conditionem videri, ac si ipsi soluta fuisset.

54. SCAEVOLA libro IV. *Responsorum*.— Qui habebat servum Cratistum, testamento ita cavuit: «servus meus Cratinus liber esto»; quaero, an servus Cratistus ad libertatem pervenire possit, quum testator servum Cratinum non habebat, sed hunc solum Cratistum. Respondit, nihil obesse, quod in syllaba errasset.

§ 1.—Scripti testamento heredes ante aditam hereditatem pacti sunt cum creditoribus, ut parte dimidia contenti essent; et ita decreto a Praetore interposito hereditatem adierunt; quaero, an libertates in eo testamento datae competierunt (6)? Respondit, si testator fraudandi consilium non habuisset, competere libertates.

55. MARCIANUS libro II. *Fideicommissorum*.— Libertate sub conditione data huc iam decursum est, ut, si per statuliberum non stet, quominus conditioni pareat, quamvis ne per heredem quidem stet, tamen ad libertatem perveniat. Quod credo responderi oportere, et si per fideicommissum utique hereditariis servis libertas data fuerit.

§ 1.—Non absurde et de heredis servis idem dicitur.

§ 2.—De his autem, quos redimendos habebit, non iuste (7) dubitamus; siquidem eo casu iniquum erit, heredem perinde compelli debere redimere eos, atque si conditio impleta esset; quod forte dominus prohiberet conditioni parere, ut et (8) pretium perciperet, et in conditionem non rogaret (9).

(1) Il., considérase añadido por antiguos copistas.

(2) Severus et Antoninus, insertan otros en Hal.

(3) Missenio, las Bas.

(4) Br. según el código Fl., que dice quousque —; quousque, Taur.

(5) Hal.; competit, el código Fl.

52. PAULO; *Cuestiones, libro XII*.— Los Emperadores á Missenio Frontón. Habiéndose dejado en el testamento de un militar la libertad en estos términos: «quiero ó mando que Stéfano, mi esclavo, sea libre», compete la libertad habiendo sido adida la herencia; y por lo tanto, esto que después se añadió: «pero de suerte que esté con mi heredero hasta que sea joven; y si no quisiere esto, ó lo menospreciare, sea retenido por derecho de esclavitud», no es eficaz para revocar la libertad, que competió. Lo mismo se observa también en los testamentos de los paisanos.

53. EL MISMO; *Respuestas, libro XV*.— Lucio Titio le dió á un esclavo la libertad, si con fidelidad le hubiese dado á Cayo Seyo, su hijo, cuenta de su administración; habiendo salido Cayo Seyo de la edad de la pubertad, demandado el esclavo por los curadores del mismo, les satisfizo á todos ante el juez; exigido recibo de los curadores, se falló que él era libre; ahora Cayo Seyo, hijo del testador, dice que no fué entregado bien el dinero á sus curadores; pregunto, si habrá sido pagada con arreglo á derecho la cantidad. Paulo respondió, que no parece ciertamente que haya sido pagado con arreglo á derecho el remanente de las cuentas á los acreedores del adolescente, para que se haya cumplido la condición escrita en el testamento; pero que si el dinero fué pagado estando presente el adolescente, ó fué incluido en las cuentas de éste, se consideraba cumplida la condición, como si á él mismo le hubiese sido pagado.

54. SCAEVOLA; *Respuestas, libro IV*.— Uno, que tenía un esclavo llamado Cratisto, dispuso así en su testamento: «sea libre mi esclavo Cratino»; pregunto, si podría llegar á la libertad el esclavo Cratisto, no teniendo el testador esclavo llamado Cratino, sino este solo Cratisto. Respondió, que nada obstaba que hubiese errado en una sílaba.

§ 1.—Los herederos instituidos en el testamento pactaron con los acreedores antes de adida la herencia, que se contentasen con la mitad; y así, habiéndose interpuesto decreto por el Pretor, adieron la herencia; pregunto, ¿competieron las libertades dadas en este testamento? Respondió, que si el testador no hubiese tenido el designio de defraudar, competían las libertades.

55. MARCIANO; *Fideicomisos, libro II*.— Dada la libertad bajo condición, está ya determinado en este caso, que si en aquel á quien en testamento se le dió la libertad bajo condición no consistiera que no se cumpliera la condición, llegue, sin embargo, aquél á la libertad, aunque tampoco ciertamente consista en el heredero. Lo que creo que se debe responder, también si por fideicomiso se les hubiere dado la libertad á esclavos de la herencia.

§ 1.—No absurdamente se dirá lo mismo también tratándose de esclavos del heredero.

§ 2.—Mas respecto á los que tuviere que comprar no dúdamos con razón; porque en este caso será injusto que el heredero deba ser compelido á comprarlos lo mismo que si hubiese sido cumplida la condición; porque acaso el señor prohibiría que cumpliera la condición para que percibiese el precio y no rogase respecto á la condición.

(6) Taur. según el código Fl., en el que se les competunt, Br.

(7) non iuste, Hal. Vulg.

(8) Taur. según la escritura original; et, omítela el código Fl., Br.

(9) nec conditionem prorogaret, Hal.

56. PAULUS libro I. Fideicommissorum.—Si quis servo testamento dederit libertatem et directo, et per fideicommissum, in potestate servi est, utrum veit ex directo, an ex fideicommissio ad libertatem pervenire; et ita Marcus Imperator rescripsit.

57. GAIVS libro III. de Manumissionibus.—Si locuples egenti heres extiterit, videamus, an ea res testamento datis libertatibus proficiat, ut creditores fraudari (non) videantur. Et sane sunt quidam, qui, quum heres locuples existeret, tale esse crediderunt, quale si ipse testator adauctis postea facultatibus decessisset; sed mihi traditum est, hoc iure nos uti, ut ad rem non pertineat, locuples, an egens heres extiterit (1), sed quarum facultatum testator decesserit. Quam sententiam Iulianus adeo sequitur, ut existimet, ne eum quidem libertatem consecuturum, quem is, qui solvendo non esset, ita liberum esse iussisset: «quum aes alienum solutum erit, Stichus liber esto». Sed non hoc est consequens Sabini et Cassii sententiae, quam et ipse sequi videtur, qui existimat (2), consilium quemque manumittentis spectare debere; nam qui sub ea conditione servum suum liberum esse iubet, ut apertissime curare videatur, ne creditores sui fraudarentur.

58. MARCIANUS (3) libro III. Fideicommissorum.—Verum est, eum, qui liber esse iussus esset, alienatum a testatore, si ante aditam eius hereditatem rursus hereditarius fieret, mox adiretur hereditas, ad libertatem pervenire.

59. SCAEVOLA libro XXIII. Digestorum.—Titia servis quibusdam et ancillis nominatim directas libertates dedit, deinde ita scripsit: «et pedissequas omnes, quarum nomina in rationibus meis scripta sunt, liberas esse volo»; quaesitum est, an Eutychia, quae testamenti facti tempore inter pedissequas libertatem acceperat, mortis autem tempore inveniatur actori in contubernio (4) tradita, ex generali capite pedissequarum libertatem consequi posset. Respondit, nihil impediri libertatem pedissequae, quod mortis demum tempore pedissequa esse desiit.

§ 1.—Puram et directam domini sui testamento libertatem Stichus acceperat, et ex hereditate multa per fraudem amovisse dicitur; quaesitum est, an non (5) ante in libertatem proclamare debeat, quam ea, quae ex hereditate amovisse probari poterit, heredibus restitueret (6). Respondit, secundum ea, quae proponerentur, eum, de quo quaeretur, liberum esse. Claudius: videtur absolvisse et id, de quo quaeritur, nam heredibus satis consultum est Edicto de furtis.

§ 2.—Lucius Titius testamento suo ita cavuit: «Onesiphore, nisi diligenter rationem excusseris, liber nō esto»; quaero, an Onesiphorus ex his verbis libertatem sibi vindicare possit. Respondit, ver-

56. PAULO; Fideicomisos, libro I.—Si alguno le hubiere dado por testamento á un esclavo la libertad directamente, y por fideicomiso, está en la facultad del esclavo preferir llegar á la libertad directamente, ó por el fideicomiso; y así lo respondió por rescripto el emperador Marco.

57. GAYO; De las Manumisiones, libro III.—Si un rico hubiere quedado heredero de un pobre, veamos si esta circunstancia aprovechará para las libertades dadas en el testamento, de suerte que no parezca que se defrauda á los acreedores. Y á la verdad, hay algunos, que creyeron, que cuando el heredero fuese rico, el caso era igual que si el mismo testador hubiese fallecido habiendo aumentado después los bienes; pero á mi se me dijo, que nosotros observamos como derecho, que no hace al caso que el heredero sea rico ó pobre, sino con qué bienes haya fallecido el testador. Cuya opinión sigue de tal modo Juliano, que cree que ciertamente no habrá de obtener la libertad el que uno, que no fuese solvente, hubiese mandado de este modo que fuese libre: «cuando hayan sido pagadas las deudas, sea libre Stico». Pero esto no es conforme á la opinión de Sabino y de Cassio, que también él mismo parece seguir, los cuales estiman, que cada cual debe atender á la intención del que manumite; porque el que manda que su esclavo sea libre bajo esta condición, de tal modo manda sin propósito de fraude que sea libre, que parece que evidéntísimamente cuida de que no sean defraudados sus acreedores.

58. MECIANO; Fideicomisos, libro III.—Es verdad que el que se hubiese mandado que fuese libre, si enajenado por el testador se hiciera otra vez de la herencia antes de haber sido adida la herencia, y después fuese adida la herencia, llega á la libertad.

59. SCAEVOLA; Digesto, libro XXIII.—Ticia dió la libertad directa nominalmente á algunos esclavos y esclavas, y después escribió así: «y quiero que sean libres todas las acompañantes cuyos nombres se hallan escritos en mis libros»; se preguntó, si Eutyquia, que siendo de las acompañantes había recibido la libertad al tiempo de hacerse el testamento, pero que al tiempo de la muerte se hallaba dada en contubernio á un esclavo agente, podría conseguir la libertad por virtud de la cláusula general relativa á las acompañantes. Respondió, que en nada se impedía la libertad de la acompañante, porque dejó de ser acompañante solamente al tiempo de la muerte.

§ 1.—Stico había recibido la libertad pura y directa en el testamento de su señor, y es acusado de haber quitado por fraude muchas cosas de la herencia; se preguntó, si no deberá proclamarse en libertad antes que les restituyese á los herederos las cosas que se pudiere probar que quitó de la herencia. Respondió, que, según lo que se exponía, era libre éste de quien se trataba. Y dice Claudio: parece que absolvió también de esto de que se trata, porque suficientemente se atendió á los herederos con el Edicto sobre hurtos.

§ 2.—Lucio Ticio dispuso así en su testamento: «Onesiforo, no seas libre, si no hubieres rendido diligentemente las cuentas»; pregunto, si Onesiforo podría reivindicar para sí la libertad en virtud de

(1) Hal. Vulg.; extiterat, et odiose Fl.

(2) extitiant. Hal.

(3) Marcellus, Vulg.; Marcianus, las Bas.

(4) contubernium, Vulg.

(5) non, omitela Hal.

(6) probari potuerit ab heredibus, restituerit. Hal.

his, quae proponerentur, libertatem adimi potius, quam dari.

60. IDEM libro XXIV. Digestorum.—Testamento ita cavit: Εἶδον βούλαμαι δοῦναι νομισματα χίλια, ἐπεὶ ἐφθάσαν γεννηθῆναι, μετὰ τὸ τῆς μητῆρα αὐτοῦ γενέσθαι ἐλευθέρων [*Volo, ut Eudoni dentur mille solidi, eo quod primo sit genitus, posteaquam mater eius ad libertatem pervenit*]: (1) quaero, an, si Eudo non probet, se post manumissionem matris suae natum, possit his verbis testamenti libertatem consequi. Respondit, non oportere eiusmodi consultationem (2) praeiudicium parere.

61. POMPONIO libro XI. Epistolarum.—Scio, quosdam efficere volentes (3), ne servi sui (4) unquam ad libertatem perveniant, hactenus scribere solitos: «Stichus, quam morietur (5), liber esto»; sed et Iulianus ait, libertatem, quae in ultimum vitae tempus conferatur, nullius momenti esse, quam testator impediendae magis, quam dandae libertatis gratia ita scripsisse intelligitur. Et ideo etiam, si ita sit scriptum: «Stichus, si in Capitolium non ascenderit, liber esto», nullius momenti hoc esse, si apparet, in ultimae (6) vitae tempus conferri libertatem testatorem voluisse, nec Mucianae cautionem locum esse.

§ 1.—Et si ita in testamento scriptum fuerit: «Stichus, si Capuam ierit, liber esto», aliter liberum non esse, quam si Capuam ierit.

§ 2.—Hoc amplius Octavenus aiebat, si quis in testamento sub qualibet conditione libertate servo data ita scripsisset: «ante conditionem nolo eum ab herede liberum fieri», nihil valere hanc adiectionem.

TIT. V

DE FIDEICOMMISSARIIS LIBERTATIBUS
[Cf. Cod. VII. 4.]

1. ULPIANUS libro XIV. ad Edictum.—Si quidam ex his, qui fideicommissam libertatem debeant, praesentes sint, alii ex iusta causa absint, alii latitent, proinde (7) is, cui fideicommissaria libertas relicta est (8), liber erit, atque si soli, qui adessent, et qui ex iusta causa absint, rogati essent; pars ergo latitantis (9) his proficit.

2. IDEM libro LX. ad Edictum.—Si quis intestatus decedens codicillis dedit libertates, neque adita sit ab intestato hereditas, favor Constitutionis Divi Marci (10) debet locum habere et hoc casu; quae iubet libertatem competere servo, et bona ei addici, si idonee creditoribus caverit de solido, quod cuique debetur, solvendo;

3. IDEM libro LXV. ad Edictum (11).—in quem etiam utiles actiones plerumque creditoribus competunt.

(1) Versión vulgar.
(2) Taur.; según la escritura original; consultatione, la corrección del código Fl., Br.
(3) Taur.; volentes, el código Fl., Br.
(4) Taur. según la escritura original; sui, omitela la corrección del código Fl., Br.
(5) Hal.; morietur, el código Fl.
(6) ultimum, Hal.

estas palabras. Respondió, que con las palabras que se exponían, se quita más bien que se da la libertad.

60. EL MISMO; Digesto, libro XXIV.—Uno dispuso así en su testamento: «quiero que á Eudon se le den mil sueldos, porque fué el primero que nació después que su madre llegó á la libertad»; pregunto, si, no probando Eudon que él nació después de la manumisión de su madre, podría conseguir la libertad en virtud de estas palabras del testamento. Respondió, que tal consulta no debía originar perjuicio.

61. POMPONIO; Epistolas, libro XI.—Sé que algunos, queriendo hacer que sus esclavos no llegasen nunca á la libertad, acostumbraron á escribir de este modo: «sea libre Stico, cuando él muriere»; pero también Juliano dice, que la libertad que se confiera para el último instante de la vida es de ningún valor, porque se entiende que el testador escribió así más bien para impedir que para dar la libertad. Y por lo tanto, también si se hubiera escrito de este modo: «sea libre Stico, si no subiere al Capitolio», será esto de ningún valor, si aparece que el testador quiso que se confriese la libertad para el último momento de la vida, y no ha lugar á la caución Muciana.

§ 1.—Y si se hubiere escrito así en el testamento: «sea libre Stico, si fuere á Capua», no es libre de otro modo, sino si hubiere ido á Capua.

§ 2.—Además de esto decía Octaveno, que si alguno, habiéndole dado en su testamento la libertad á un esclavo bajo cualquier condición, hubiese escrito así: «no quiero que antes de la condición sea él hecho libre por el heredero», no era válida para nada esta adición.

TÍTULO V

DE LAS LIBERTADES DADAS POR FIDEICOMISO
[Véase Cod. VII. 4.]

1. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro XIV.—Si estuvieran presentes algunos de los que deben la libertad dejada por fideicomiso, otros estuvieran ausentes por justa causa, y otros se ocultaran, aquel á quien se le dejó por fideicomiso la libertad será libre, lo mismo que si solos hubiesen sido rogados los que estuviesen presentes y los que por justa causa estuvieran ausentes; en su consecuencia á éstos les aprovecha la parte del que se oculta.

2. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro LX.—Si alguno al morir intestado dió libertades en codicilos, y no hubiera sido adida la herencia abintestato, debe tener lugar también en este caso el beneficio de la Constitución del Divino Marco; la cual dispone que le competa al esclavo la libertad, y le sean adjudicados los bienes, si les diera caución idónea á los acreedores de pagarles íntegramente lo que á cada uno se le debe;

3. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro LXV.—contra el cual también les competen las más de las veces á los acreedores las acciones útiles.

(7) perinde, al margen interior del código Fl.
(8) Dr. considera est añadida por antiguos copistas, pero no así Taur.
(9) latitantium, acertadamente Vulg.; latitans, Hal.
(10) Inst. III. II. § 1.
(11) ad Edictum, considéranse añadidas por antiguos copistas. Véase la nota 8.

4. *Idem libro LX. ad Edictum.*—Ergo quamdiu incertum sit, utrum existat successor, an non, cessabit Constitutio (1); quum certum esse coeperit, tunc erit Constitutioni locus.

§ 1.—Si is, qui in integrum restitui potest, abstinuerit se hereditate, an quamdiu potest in integrum restitui, existimamus Constitutionem cessare, quia non est certum, ab intestato neminem successorem exstare? Est tamen verius, admittendam Constitutionem.

§ 2.—Quid ergo, si post additionem libertatum conservandarum causa factam in integrum sit restitutus? Utique non erit dicendum, revocari libertates, quae semel competierunt (2).

§ 3.—Illud videamus, utrum praesentes esse debent (3), qui libertatem acceperunt, an vero non? Et quum invitis illis possunt bona propter libertatem addici, utique etiam absentibus (4).

§ 4.—Quid ergo, si quidam praesentes sint, quidam absentes? Videamus, an etiam absentibus competat libertas; et potest dici, exemplo aditae hereditatis competere libertatem etiam absentibus.

§ 5.—Si ex die data sit libertas, an dies expectandus sit? Et puto expectandum; ante ergo non addicentur. Quid deinde, si sub conditione data sit libertas? Et si quidem aliquae purae (5), aliquae sub conditione, utique addici statim possunt. Si omnes sub conditione, quid consequens erit dicere, utrum expectandum, ut conditio existat, an vero statim addicimus, tunc demum competitura libertate, si exstiterit conditio? Quod magis erit probandum. Addictis itaque bonis directae libertates purae (6) datae statim competunt; ex die, quum dies venerit; conditionales, quum conditio extiterit. Nec erit ab re, existimare, etiam pendente conditione libertatum, licet omnes sub conditione datae sint, Constitutionem locum habere; ubi enim libertatis spes est, ibi dicendum est, vel modica data occasione, quod sine damno creditorum futurum est, additionem admittendam.

§ 6.—Si sub conditione dandorum decem libertas data sit, sive heredi dare iussus sit, qui libertatem accepit, sive non sit dictum, cui, an dando ei, cui bona addicenda sunt, perveniat ad libertatem, quaeri potest. Et magis est, ut ei dare (7) debeat, cui bona addicta sint, quasi translata conditio videatur; certe si alii, quam heredi, dare iussus sit, ipsi, cui iussus est, dabit.

§ 7.—Si qui fideicommissam libertatem acceperunt, non statim, ubi addicta bona sunt, liberi sunt, sed fideicommissam libertatem possunt consequi, hoc est, manumittendi sunt ab eo, cui addicta bona sunt.

4. *EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro LX.*—Luego mientras sea incierto si habrá ó no sucesor, dejará de tener lugar la Constitución; y habrá lugar á la Constitución cuando hubiere comenzado á ser cierto.

§ 1.—Si el que puede ser restituido por entero se hubiere abstenido de la herencia, ¿estimamos que deja de tener lugar la Constitución mientras puede ser restituido por entero, porque no es cierto que no haya ningún sucesor abintestato? Pero es más verdadero que se debe admitir la Constitución.

§ 2.—¿Luego qué se dirá, si después de hecha la adjudicación para conservar las libertades hubiera sido restituido por entero? Ciertamente no se habrá de decir que se revocan las libertades, que ya una vez competieron.

§ 3.—Veámos ¿si deberán acaso estar presentes, ó no, los que recibieron la libertad? Y como los bienes pueden ser adjudicados por causa de la libertad contra la voluntad de ellos, también pueden serlo ciertamente estando ausentes.

§ 4.—Luego ¿qué se dirá, si algunos estuvieran presentes, y otros ausentes? Veámos si también á los ausentes les competirá la libertad; y se puede decir, que á la manera de la herencia que fué adida les compete la libertad también á los ausentes.

§ 5.—Si la libertad hubiera sido dada desde un día, ¿se habrá de esperar el día? Y opino que se ha de esperar; luego antes no se adjudicaran los bienes. ¿Y qué se dirá, si la libertad hubiera sido dada bajo condición? Que si verdaderamente algunas lo fueron puramente, y otras bajo condición, pueden ser adjudicados ciertamente desde luego. Si todas lo fueron bajo condición, ¿qué será consiguiente decir, acaso que se ha de esperar que se cumpla la condición, ó los adjudicamos desde luego, debiendo competir la libertad solamente cuando se hubiere cumplido la condición? Y esto es lo que preferentemente se ha de admitir. Y así, adjudicados los bienes competen desde luego las libertades directas dadas puramente; las que desde un día, cuando el día hubiere llegado; y las condicionales, cuando se hubiere cumplido la condición. Y no será fuera de propósito estimar, que aun pendiente la condición de las libertades tiene lugar la Constitución, aunque todas hayan sido dadas bajo condición; porque donde hay la esperanza de la libertad, allí se ha de decir que se ha de admitir la adjudicación por leve que sea la ocasión ofrecida, porque ha de ser sin perjuicio de los acreedores.

§ 6.—Si la libertad hubiera sido dada bajo la condición de que se habían de dar diez, ya si se le hubiera mandado al que recibió la libertad que los diese al heredero, ya si no se hubiera dicho á quien, se puede preguntar, si, dándolos á aquel á quien se hayan de adjudicar los bienes, llegará á la libertad. Y es más cierto que deba dárselos á aquel á quien hayan sido adjudicados los bienes, como si se considerara transferida la condición; y á la verdad, si se le hubiera mandado que los diera á otro que al heredero, se los dará al mismo á quien se le mandó.

§ 7.—Si algunos recibieron la libertad por fideicomiso, no son libres tan pronto como fueron adjudicados los bienes, pero pueden conseguir la libertad dada por fideicomiso, esto es, que han de ser manumitidos por aquel á quien se le adjudicaron los bienes.

(1) Véase el fr. 2. de este título.
(2) *Taur.* según corrección del códice *Fl.*; competierunt, la escritura original, *Br.*
(3) debeant, acertadamente *Hal. Vulg.*

(4) quibusdam poterunt addici, *adiciona Hal.*
(5) pure, *Hal.*
(6) pure, *Hal.*
(7) dari, *Hal. Vulg.*

§ 8.—Addici ita demum bona voluit, si idoneo creditoribus cautum fuerit de solido, quod cuique debetur; ergo cavendum est idoneo. Quid est idoneo? Satisfactio utique, aut pignori datus; sed si ei fides habita fuerit promittendi sine satisfactione, idoneo cautum videtur (1).

§ 9.—Creditoribus caveri quemadmodum debet, utrum singulis, an vero omnium nomine uni ab ipsis creato? Et oportet officio iudicis constitui, convenire creditores, unumque creare, cui cavetur omnium nomine.

§ 10.—Illud videndum: ante caveri debet creditoribus, et sic addici bona, an vero sub conditione haec sunt addicenda, si fuerit cautum? Et puto, sic comprehendendum decreto, si omnia ex Constitutione Divi Marci facta sint.

§ 11.—De solido utique sic accipiemus: de sorte et usuris debitis.

§ 12.—Hi, qui ad libertatem pervenerunt, quorum liberti fiant, Constitutio ostendit, ut qui directam libertatem (2), orcini erunt liberti, nisi forte is, qui addici sibi bona desiderat, ita velit addici, ut etiam hi, qui directam libertatem acceperunt, ipsius liberti fiant.

§ 13.—Qui autem volunt ipsius liberti fieri, utrum manumittendi sint ab eo, an vero ipsa additione hoc comprehendendum, hac conditione sibi addici bona, ut hi etiam, qui directam libertatem acceperunt, ipsius fiant liberti? Et puto, hoc esse probandum, ut ipsa additione hoc comprehendatur; idque verba quoque Constitutionis admittunt.

§ 14.—Quum autem servus libertatem nactus est, utique etiam tutelam eius habebit is, cui bona addicta sunt.

§ 15.—Si alienos servos rogaverat heredem manumittere, utrum dicimus Constitutionem locum habere, an vero cessabit Constitutio? Magisque est, ut locus si Constitutioni; addictis enim bonis redimere et praestare libertatem cogitur a Praetore.

§ 16.—Si non heres, sed legatarius rogatus fuerit manumittere, nunquid cesset Constitutio, quod legatis non debitis nec libertates possunt deberi? Magisque est, ut idem favor sit; omnibus enim generaliter voluit libertatem praestari (3), quibus competeret, si hereditas adita fuisset.

§ 17.—Eadem Constitutio prospexit, ut, si fisco bona admisit, aequae libertates competant; ergo sive iaceant (4) bona fisco spernente, sive agnoverit, Constitutio locum habet; ceterum si alia ratione agnoscat, apparet, cessare debere Constitutionem; quare et si caducis (5) legionis bona delata sint, idem erit probandum.

§ 18.—Item si minor viginti annis dedit libertatem, dicemus non competere, nisi si fideicommissum

§ 8.—Quiso que los bienes fueran adjudicados solamente, si á los acreedores se les hubiere dado caución idónea por todo lo que á cada cual se le debe; luego se ha de dar caución idónea. ¿Qué es esto de idónea? Ciertamente habiéndose prestado fianza, ó habiéndose dado prendas; pero si sin fianza se hubiere tenido fe en el que promete, se considera que se dió caución idónea.

§ 9.—¿De qué modo se les debe dar caución á los acreedores? ¿Acaso á cada uno, ó en nombre de todos á uno solo nombrado por ellos mismos? Y es conveniente que por ministerio del juez se determine que se convengan los acreedores, y que elijan uno al cual se le dé caución en nombre de todos.

§ 10.—Se ha de ver esto: ¿se les debe dar caución á los acreedores antes, y deben ser de este modo adjudicados los bienes, ó por el contrario han de ser éstos adjudicados bajo la condición, de si se hubiere dado la caución? Y opino, que así se ha de comprender en el decreto, si todo se hubiera hecho con arreglo á la Constitución del Divino Marco.

§ 11.—Por la totalidad, lo entenderemos ciertamente así: por el capital y los intereses debidos.

§ 12.—La Constitución muestra de quiénes se hacen libertos los que llegan á la libertad, de suerte que los que obtuvieron la libertad directa serán libertos orcinos, á no ser acaso que el que pretende que se le adjudiquen los bienes quiera que se le adjudiquen de modo que se hagan libertos de él mismo también los que recibieron la libertad directa.

§ 13.—Pero los que quieren hacerse libertos de él mismo, ¿han de ser manumitidos por él, ó se ha de comprender en la misma adjudicación que á él se le adjudican los bienes con la condición de que se hagan libertos de él mismo también los que obtuvieron la libertad directa? Y opino que se ha de admitir que se comprenda esto en la misma adjudicación; y esto admiten también las palabras de la Constitución.

§ 14.—Mas cuando un esclavo alcanzó la libertad, tendrá ciertamente también su tutela aquel á quien se le adjudicaron los bienes.

§ 15.—Si uno le hubiera rogado á su heredero que manumitiera esclavos ajenos, ¿diremos acaso que tiene lugar la Constitución, ó que dejará de ser aplicable la Constitución? Y es más cierto que haya lugar á la Constitución; porque, adjudicados los bienes, es obligado por el Pretor á comprarlos y á darles la libertad.

§ 16.—Si se le hubiere rogado, no al heredero, sino al legatario, que manumita, ¿dejará acaso de tener lugar la Constitución, porque no debiéndose los legados tampoco se pueden deber las libertades? Y es más cierto que hay el mismo favor; porque quiso que en general se les diese la libertad á todos aquellos á quienes competía, si la herencia hubiese sido adida.

§ 17.—Previo la misma Constitución, que si el fisco hubiere aceptado los bienes, competiesen igualmente las libertades; luego ya si despreciándolos el fisco estuvieran yacentes los bienes, ya si los hubiera aceptado, tiene lugar la Constitución; pero si los aceptara por otra razón, aparece que debe dejar de tener lugar la Constitución; por lo cual también se habrá de admitir lo mismo, si los bienes hubieran sido deferidos á los caducos de una legión.

§ 18.—Asimismo si el menor de veinte años dió la libertad, diremos que ésta no compete, sino si

(1) La escritura original; videbitur, Taur. según corrección del código Fl., Br.

(2) acceperunt, insertan acertadamente Hal. Vulg.

(3) Hal. Vulg., praestare, el código Fl.

(4) Hal.; iacent, el código Fl.; vacent, Vulg.

(5) si qua ducis, Hal.

sam; haec enim competeret, si modo potuit causam probare minor viginti annis, si vivus manumitteret.

§ 19.—Si in fraudem creditorum libertas data sit ab eo, qui mortis tempore solvendo non est, an competat? Et si quidem fiscus bona non agnovit, forte competet libertas, quia solidum creditoribus offertur. Atquin si adita hereditas fuisset, non competet (1); certe si fiscus agnovit hereditatem, facilius probabitur, cessare libertatem, nisi si quis verba Constitutionis secutus dixerit, ipsum sibi imputare debere, qui addici sibi hac conditione bona voluit, ut libertates competant. Si quis autem exemplum aditae hereditatis fuerit secutus, directae libertates non competent, si consilium et eventus fuerit fraudandorum creditorum; nec fideicommissae praestabuntur, si eventu fraudentur creditores.

§ 20.—Si bona fuerint a fisco non agnita, eaque addicta libertatis conservandae gratia, an possit fiscus postea agnoscere? Et magis est, ne possit. Plane si non certioratis Praefectis aerario bona fuerint libertatis conservandae causa addicta, videndum est, an Constitutioni locus sit. Et si quidem talia fuerint, ut agnosci deberent, addictio cessat, si vero non fuerint, additioni locus est.

§ 21.—Is autem, cui bona addicta sunt, bonorum possessori assimilari debet, et secundum hoc et iura sepulcrorum poterit habere.

§ 22.—Item videamus, an conveniri a creditoribus possit hereditariis actionibus, an vero non nisi ex cautione, quam interposuit. Magisque est, ut non aliter conveniatur, quam ex ea cautione, quam interposuit.

§ 23.—Si duobus pluribusve addicta fuerint bona, et communem rem, et communes libertos habebunt, et secum familiae eriscundae iudicio experientur.

5. PAULUS libro LVII. ad Edictum. — In fideicommissariis libertatibus si absente herede Praetor pronuntiasset, libertatem debere, est et liber, et defuncti libertus, si et servus eius fuit, aut heredis, si servus heredis sit; imo et si sine successore heredes decesserit, conservandam esse libertatem, Senatus (2) Hadriani temporibus censuit.

6. IDEM libro LX. ad Edictum. — Decem legata sunt, et rogatus est legatarius Stichum emere et manumittere; Falcidia intervenit, et minoris emi servus non potest; quidam putant, dodrantem accipere debere (3) legatarium, nec emere compellendum. Iidem (4) putant, etiam si suum servum rogatus sit manumittere, et dodrantem ex legato acceperit, non esse compellendum manumittere. Videamus, ne utique in hac specie aliud dicendum sit; sed in superiore sunt, qui putant, cogendum legatarium redimere servum, et se oneri subiacisse, dum accepit (5) vel dodrantem. Sed si paratus sit retro restituere, quod accepit, an audiendus sit,

fué dada por fideicomiso; porque ella competaría, si el menor de veinte años, manumitiendo en vida, pudo justificar la causa.

§ 19.—Si la libertad hubiera sido dada en fraude por quien no es solvente al tiempo de la muerte, ¿competará acaso? Y si verdaderamente el fisco no hubiere aceptado los bienes, quizá competará la libertad, porque se les ofrece todo á los acreedores. Mas si la herencia hubiese sido adida, no competará; y á la verdad, si el fisco aceptó la herencia, se admitirá más fácilmente que deja de tener lugar la libertad, á no ser que alguno, ateniéndose á las palabras de la Constitución, dijere que se lo debe imputar á sí mismo el que quiso que se le adjudicaran los bienes con la condición de que competan las libertades. Mas si alguno hubiere seguido el ejemplo del caso en que fué adida la herencia, no competirán las libertades directas, si hubiere habido el designio y el resultado de defraudar á los acreedores; y no se darán las dejadas por fideicomiso, si de hecho fueran defraudados los acreedores.

§ 20.—Si los bienes no hubieren sido aceptados por el fisco, y hubieran sido adjudicados para conservar la libertad, ¿los podrá aceptar después el fisco? Y es más cierto que no podrá. Pero si los bienes fueron adjudicados para conservar la libertad sin haber tenido conocimiento los Praefectos del erario, se ha de ver si habrá lugar á la Constitución. Y si verdaderamente fueron tales, que debieran ser aceptados, deja de tener lugar la adjudicación, y si no lo fueron, ha lugar á la adjudicación.

§ 21.—Mas aquel á quien se le adjudicaron los bienes debe ser asimilado á un poseedor de los bienes, y según esto podrá tener también el derecho de sepuleros.

§ 22.—Veamos también, si podrá ser demandado por los acreedores con las acciones de la herencia, ó si solamente en virtud de la caución que interpuso. Y es más cierto que no lo puede ser de otro modo, sino en virtud de la caución que interpuso.

§ 23.—Si los bienes hubieren sido adjudicados á dos ó más, tendrán en común los bienes y en común los libertos, y ejercerán entre sí la acción de partición de herencia.

5. PAULO; Comentarios al Edicto, libro LVII. — Tratándose de libertades dadas por fideicomiso, si, ausente el heredero, el Pretor hubiese declarado que se debe la libertad, es libre el esclavo, y libertos del difunto, si fué esclavo de éste, ó del heredero, si fué esclavo del heredero; y aun si el heredero hubiere fallecido sin sucesor, dispuso el Senado en tiempos de Adriano, que se había de conservar la libertad.

6. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro LX. — Se legaron diez, y se le rogó al legatario que comprase y manumitiese á Stichus; media la Falcidia, y el esclavo no puede ser comprado en menor precio; opinan algunos, que el legatario debe recibir los tres cuartos, y que no ha de ser compelido á comprarlo. Opinan los mismos, que aun si se le hubiera rogado que manumita á un esclavo suyo, y hubiere recibido los tres cuartos del legado, no ha de ser compelido á manumitirlo. Veamos si ciertamente en este caso no se haya de decir otra cosa; pero en el anterior, hay quienes opinan que el legatario ha de ser obligado á comprar el esclavo, y que él se so-

(1) Hal; competeret, et códice Fl.

(2) divi, inserta Vulg.

(3) debere, omitela Hal.

(4) Taur. según el códice Fl., que dice Idem; Item, Hal.

(5) Hal; accipit, et códice Fl.

videndum. Sed cogendus heres tota decem praestare, perinde atque si adiecisset testator, ut integra praestentur.

7. **ULPIANUS libro LXIII. ad Edictum.**—Si cui legata sint centum ita, ut servum alienum redimat et manumittat, et bonis heredis venditis partem, non totum persequatur, non alias debet consequi legatum, quam si caverit, se manumissurum; sed hoc tunc demum, si largiatur portio, quam accepit, ad servi pretium, paratusque sit dominus tanti eum vendere; alioquin exceptione doli debebit legatarium repelli.

8. **POMPONIUS libro VII. ex Plautio.**—Eum, cui mille numi legati fuissent, si rogatus fuisset viginti servum manumittere, non cogi fideicommissam libertatem praestare, si legatum non caperet, constat.

9. **MARCELLUS (1) libro XV. Digestorum.**—Quum fidei heredis commisit, ne servus alienam servitutum patiat, experiri potest confestim, ut fuerit alienatus, petere libertatem. Sed ubi alienatio non est voluntaria, sed necessitas alienandi ex causa testatoris pendeat, prope est, ut nondum debeat praestari fideicommissum, quod potest videri defunctus nihil sensit de huiusmodi casu alienationis.

10. **IDEM libro XVI. Digestorum.**—Quidam in testamento scripserat: «illum et illum, servos meos, venire nolo»; si ideo eos noluit vendari, ut, si veneant, ad libertatem perveniant, praestanda erit libertas; nam et illi videtur libertas relicta, de quo ita scriptum est: «nolo alii, quam tibi serviati». Secundum haec igitur, si quoquo modo vendere tentaverit servum, confestim peti poterit libertas, nec, quominus praestet libertatem, proderit heredi, si eum redemerit, quia semel extitit conditio.

§ 1.—Is, cui libertas debebatur, venit; si vult ab herede manumitti, non erit interveniendum ei, quum (2) heres praesens erit, emtor latitabit (3), quoniam poterit (4) uti Senatusconsulto (5), ut quasi ex testamento ad libertatem perveniat.

§ 2.—Is, cui ex fideicommissis libertas debebatur, ab eo, qui solvendo non erat, passus est, se bonae fidei (6) emtori tradi; existimas (7), in manumissum constituendam actionem exemplo eius, qui liberi hominis emtorem simulata servitute decipit? Ego quoque adducor, ut putem, recte adversus venditos (8) actionem competere, et magis similes (9) videri statulibero, qui pridie quam ex testa-

metió al gravámen al recibir, por lo menos, los tres cuartos. Pero se ha de ver, si, estando dispuesto á restituir lo que recibió, haya de ser oido. Mas el heredero ha de ser obligado á pagar íntegros los diez, lo mismo que si el testador hubiese expresado que se pagasen íntegros.

7. **ULPIANO; Comentaríos al Edicto, libro LXIII.**—Si á uno se le hubieran legado cien monedas para que compre un esclavo ajeno y lo manumita, y vendidos los bienes del heredero obtuviera parte, no la totalidad, no debe obtener el legado de otra suerte, sino si diere caución de que hará la manumisión; pero esto solamente, si la porción que recibió bastase para el precio del esclavo, y el dueño estuviera dispuesto á venderlo por aquel tanto; en otro caso, el legatario deberá ser repelido con la excepción de dolo.

8. **POMONIO; Doctrina de Plautio, libro VII.**—Es sabido, que aquel á quien se le hubiesen legado mil monedas, si se le hubiese rogado que manumitiera á un esclavo que valiese veinte, no es obligado á dar la libertad dejada por fideicomiso, si no recibiese el legado.

9. **MARCELO; Digesto, libro XV.**—Cuando uno encomendó á la fidelidad del heredero que el esclavo no soporte esclavitud ajena, puede ejercitar acción, tan pronto como hubiere sido enajenado, para pedir la libertad. Mas cuando la enajenación no es voluntaria, sino que la necesidad de enajenar depende de causa del testador, es probable que no se deba pagar el fideicomiso, porque puede parecer que el difunto no tuvo para nada en cuenta el caso de esta enajenación.

10. **EL MISMO; Digesto, libro XVI.**—Uno había escrito en su testamento: «no quiero que aquél, ni aquél, esclavos míos, sean vendidos»; si no quiso que fueran vendidos, de tal modo que si fueran vendidos llegasen á la libertad, se les habrá de dar la libertad; porque parece que se le dejó la libertad también á aquél respecto del cual se escribió así: «no quiero que le presto servidumbre á otro, sino á tí». Así, pues, según esto, si de algún modo hubiere intentado vender al esclavo, se podrá pedir inmediatamente la libertad, y para no darle la libertad no le aprovechará al heredero el haberlo comprado, porque ya una vez se cumplió la condición.

§ 1.—Aquel á quien se le debía la libertad fué vendido; si quiere ser manumitido por el heredero, no le servirá de obstáculo, estando presente el heredero, que se oculte el comprador, porque podrá valerse del senadoconsulto para llegar á la libertad así como por virtud del testamento.

§ 2.—Uno, á quien se le debía la libertad por fideicomiso, consintió que por quien no era solvente fuese él entregado á un comprador de buena fe; ¿existimas que se ha de establecer acción contra el manumitido á la manera que contra aquél que habiendo simulado esclavitud engañó al comprador de un hombre libre? Yo también me inclino á creer, que con razón compete acción contra los vendidos,

(1) *Martianus, Hal.*

(2) *La corrección del códice Fl., Br.; cul, Taur. según la escritura original.*

(3) *Según enmienda Br.; latitavit, el códice Fl.*

(4) *La corrección del códice Fl.; poterat, Taur. según la escritura original.*

(5) *Véase el fr. 5. de este título.*

(6) *bona fide, Hal. Vulg.*

(7) *Taur. según la escritura original; existimans, la corrección del códice Fl., Br.*

(8) *venditorem, Hal. Vulg.*

(9) *Según nuestra enmienda; similes, el códice Fl.; simile, Hal.*

mento ad libertatem perveniret, idem fieri passus est.

11. *MODESTINUS libro I. Differentiarum.*—Ex causa fideicommissi servo libertatem dare sine tutoris auctoritate pupillus non potest.

12. *IDEM libro singulari de Manumissionibus.*—Imperator Antoninus, quum Firmus (1) Titiano (2) tragoedos tres legasset, et adiecisset: «quos tibi commendo, ne cui alii serviant», publicatis bonis Titiani rescripsit, debere eos publice manumitti.

§ 1.—Et legatarius non minus quam heres rogari potest servum manumittere; et si ante manumissionem decesserit, successores eius debent manumittere.

§ 2.—Divus Antoninus et Pertinax rescripserunt, hereditate fisco vindicata, quoniam (3) tacite quis rogatus erat ei, qui capere non poterat, restituere hereditatem, et directo, et per fideicommissum datas libertates deberi.

13. *IDEM libro IX. Regularum.*—Si praegnans ancilla moram non studio manumissoris, sed fortuito patiat, ne manumitteretur, liberum quidem non pariet, sed cogetur qui manumittere debuit, natum matri tradere, ut per eam perveniat ad libertatem.

14. *IDEM libro X. Responsorum.*—Lucius Titius testamento facto Seiam, uxorem suam, item Titiam, filiam communem, aequis portionibus (4) scripsit heredes; item alio capite: «Erotem, servum meum, qui et Psyllus vocatur, liberum esse volo, si uxori meae placeat»; quum itaque Soia, uxor Lucii Titii, abstinerit ab eadem hereditate, et ex substitutione portio eius ad Titiam filiam pervenerit, quaero, an Eroti, qui et Psyllus vocatur, ex his verbis suprascriptis libertas competit? Modestinus: Eroti, quod uxor testatoris hereditate se abstinuit, non obesse respondi. Item quaero, an Seia uxor, quae se hereditate abstinuit, petenti Eroti libertatem iuste contradicere possit. Modestinus respondit, Seia dissensum nullius esse momenti.

15. *IDEM libro III. Pandectarum.*—Is, qui (5) ex causa fideicommissi manumissurus est, nullo modo deteriorem eius servi conditionem facere potest; ideoque nec vendere eum interdum alii potest, ut ab eo, cui traditus est, manumittatur; et si tradiderit, redimere illum cogitur et manumittere; interest enim nonnunquam, a sene potius manumitti, quam a iuvene.

16. *LICINIUS RUFINUS libro V. Regularum.*—Libertates etiam per fideicommissum dari possunt, et quidem largius, quam directo; nam non tantum

y que más bien parecen semejantes á aquel á quien en testamento se le dejó la libertad bajo condición, que, antes de llegar á la libertad en virtud del testamento, consintió que se hiciera lo mismo.

11. *MODESTINO; Diferencias, libro I.*—El pupilo no puede sin la autoridad del tutor darle la libertad á un esclavo por causa de fideicomiso.

12. *EL MISMO; De las Manumisiones, libro unico.*—Habiendo Firmo legado á Ticiano tres trágicos, y habiendo añadido: «los que te recomiendo para que no presten servidumbre á otro», el emperador Antonino, habiendo sido confiscados los bienes de Ticiano, respondió por rescripto que aquéllos debían ser manumitidos públicamente.

§ 1.—También al legatario se le puede rogar, no menos que al heredero, que manumita á un esclavo; y si hubiere fallecido antes de la manumisión, deben manumitirlo sus sucesores.

§ 2.—Respondieron por rescripto el Divino Antonino y Pertinax, que, reivindicada para el fisco la herencia, porque á alguno se le había rogado tácitamente que restituyese la herencia á quien no podía adquirirla, se debían las libertades dadas tanto directamente, como por fideicomiso.

13. *EL MISMO; Reglas, libro IX.*—Si una esclava embarazada sufriera demora para ser manumitida no con intención del manumisor, sino fortuitamente, no parirá ciertamente un hijo libre, pero el que debió manumitirla será obligado á entregarle á la madre el hijo nacido, á fin de que por medio de ella llegue á la libertad.

14. *EL MISMO; Respuestas, libro X.*—Lucio Ticio, habiendo hecho testamento, instituyó herederas por partes iguales á Seya, su mujer, y también á Ticia, hija común; además en otra cláusula dijo: «quiero que Eros, mi esclavo, que también se llama Psilo, sea libre, si le pluguiera á mi mujer»; y así, habiéndose abstenido de la misma herencia Seya, mujer de Lucio Ticio, y habiendo ido su porción á su hija Ticia en virtud de la substitución, pregunto, ¿le compete á Eros, que también se llama Psilo, la libertad en virtud de las susodichas palabras? Y dice Modestino: respondi que á Eros no le obsta que la mujer del testador se haya abstenido de la herencia. También pregunto, si Seya, la mujer, que se abstuvo de la herencia, podrá oponerse con justicia á Eros al pedir la libertad. Modestino respondió, que el disentimiento de Seya no era de algún valor.

15. *EL MISMO; Pandectas, libro III.*—El que por causa de fideicomiso ha de manumitir á otro no puede de ningún modo hacer peor la condición de este esclavo; y por ello tampoco puede venderlo mientras tanto á otro, para que por éste, á quien es entregado, sea manumitido; y si lo hubiere entregado, es obligado á rescatarlo y á manumitirlo; porque á veces interesa más ser manumitido por un anciano, que por un joven.

16. *LICINIO RUFINO; Reglas, libro V.*—Las libertades se pueden dar también por fideicomiso, y, á la verdad, con más amplitud que directamente;

(1) Firmus, *Hal. Vulg.*

(2) Mutiano, *Vulg.*

(3) quam, *Vulg.*

(4) *Taur. según la escritura original; partibus, la corrección del códice Fl., Br.*

(5) *La corrección del códice Fl., Br.; Si quis, la escritura original.*

propriis, sed et alienis servis per fideicommissum libertas dari potest, ita tamen, ut vulgaribus verbis, et quibus evidenter voluntas testatoris exprimi possit.

17. *Ex libro XXI. (1) Digestorum Scaevolae* CLAUDIUS: «Quum tibi visum fuerit manumittere», utiliter datur fideicommissa libertas.

18. *Scaevola libro XXIII. Digestorum.*—Testamento ita cavuit: «Pamphilus, si bene se gesserit (2) rationibus meis, liber esto»; quaesitum est, quum manente eodem testamento post aliquot annos decesserit, nec ulli (3) querelae locus de Pamphilo circa rationes patroni sit, an ex testamento libertatem sit consecutus. Respondit, nihil proponi, cur non sit consecutus.

19. *IDEM libro XXIV. Digestorum.*—Herede instituto marito per fideicommissum libertatem servus dedit, in quibus et Sticho, actori mariti; quaesitum est, quum absente domino isti (4) Praesidem provinciae adierint, ut libertas sibi praestaretur; quasi ex iusta causa heres abesset, et Praeses provinciae pronuntiaverit, libertatem deberi, an agi cum Sticho possit, ut rationem actus a se administrati reddere compellatur. Respondit, non posse.

§ 1.—Uxori dotem et alias res plures legavit, et eius fidei commisit, ut Aquilinum, servum proprium mulieris, apud consilium manumitteret; id negat se facere debere, quod ipsius proprius esset; quaero, an libertas ei debeatur. Respondit, uxorem, si ex testamento non solum dotem, sed etiam cetera legata praestari sibi (5) vellet, compellendam ex causa fideicommissi Aquilinum manumittere, eumque, quum liber erit, petiturum ea, quae sibi legata sunt.

20. *Pomponius libro VII. Epistolarum.*—Apud Iulianum ita scriptum est: si heres rogatus servum manumittere, ex Trebelliano Senatusconsulto hereditatem restituerit, cogi debet manumittere; et si latitabit, vel si iusta ex causa aberit, Praetor causa cognita secundum Senatusconsulta ad eas causas pertinentia pronuntiare debet; si vero servum susceperit is, cui hereditas restituta fuerit, ipsum competit (6) manumittere; et eadem in personam (7) eius observari conveniet, quae circa emtores custodiri solent; an haec vera putes? nam ego discendi cupiditate, quam solam vivendi rationem optimam in octavum et septuagesimum annum aetatis duxi, memor sum eius sententiae, qui (8) dixisse fertur (9): *κείν τὸν ἕτερον πῶδα ἐν τῇ συμφορῇ ἔχω, προσημασθῆναι τι βουλόμην* [Etsi alterum pedem in tumulo haberem, adhuc tamen discere quid vellam] (10). Bellissime Aristo et Octavenus putabant, hunc servum, de quo quaeretur, fideicommissae hereditatis non esse, quia testator rogando heredem, ut eum manumitteret, non videtur de eo restitu-

porque no solamente á los propios, sino también á los esclavos ajenos, se les puede dar la libertad por fideicomiso, pero con tal que sea con palabras vulgares, y con las que evidentemente se pueda expresar la voluntad del testador.

17. *CLAUDIO; Digesto de Scaevola, libro XXI.*—Con estas palabras: «cuando te hubiere parecido manumitirlo», se da válidamente la libertad por fideicomiso.

18. *SCAEVOLA; Digesto, libro XXIII.*—Uno dispuso así en su testamento: «sea libre Pánfilo, si se hubiere conducido bien llevando mis cuentas»; se preguntó, si, habiendo fallecido después de algunos años subsistiendo el mismo testamento, y no habiendo lugar á queja alguna contra Pánfilo respecto á las cuentas, habrá conseguido la libertad en virtud del testamento. Respondió, que nada se exponía para que no la haya conseguido.

19. *EL MISMO; Digesto, libro XXIV.*—Una, habiendo instituido heredero á su marido, dió por fideicomiso la libertad á los esclavos, entre ellos también á Stico, agente de su marido; como hallándose ausente el señor hubieren ellos recurrido al Presidente de la provincia, para que se les diese la libertad, como si el heredero estuviese ausente por justa causa, y el Presidente de la provincia hubiere declarado que se les debía la libertad, se preguntó, si se podría ejercitar acción contra Stico, para que fuese compelido á rendir cuenta de los negocios administrados por él. Respondió que no se podía.

§ 1.—Uno legó á su mujer la dote y otras muchas cosas, y encomendó á su fidelidad que manumitiese ante el consejo á Aquilino, esclavo propio de su mujer; ella dice que no debía hacer esto, porque era propio de ella misma; pregunto, si se le deberá la libertad. Respondió, que la mujer, si quisiera que por virtud del testamento se le diese á ella no solamente la dote, sino también los demás legados, habrá de ser compelida á manumitir por causa del fideicomiso á Aquilino, y que éste, cuando fuere libre, había de pedir las cosas que se le legaron.

20. *POMPONIO; Epistolas, libro VII.*—Se halla escrito en Juliano: si el heredero á quien se le rogó que manumitiese á un esclavo hubiere restituido la herencia en virtud del senadoconsulto Trebeliano, deberá ser obligado á manumitirlo; y si se ocultare, ó si estuviere ausente por justa causa, el Pretor deberá determinar conforme á los senadoconsultos pertenecientes á estas causas; pero si hubiere recibido el esclavo aquel á quien se le hubiere restituido la herencia, le compete al mismo manumitirlo; y convendrá que respecto á la persona de éste se observe lo mismo que suele observarse en cuanto á los compradores; y ¿crees que esto es verdad? Porque yo en mi deseo de aprender, la única razón óptima de vivir que he tenido hasta los setenta y ocho años de mi vida, me acuerdo de la sentencia de aquel que se refiere que dijo: «Aunque tenga un pie en la sepultura, todavía, sin embargo, querría aprender alguna cosa». Con muchísima razón opinaban Arístón y Octaveno, que este esclavo, de quien se trata, no era de la herencia dejada por

(1) libro VI., Hal.

(2) in, insertan Hal. Vulg.

(3) Hal. Vulg.; nulla, considératala palabra sospechosa Taur. según el código Fl.

(4) domino iste—aditt. Hal.

(5) sibi, omitteta Hal.

(6) convent. Hal. Vulg.

(7) persona, Hal. Vulg.

(8) Se refiere á Soton; quam, Hal. Vulg.

(9) Iulianus, inserta Vulg.

(10) Versión vulgar.

do sensisse; si tamen per errorem ab herede datus fuerit, ea dicenda sunt, quae Iulianus scribit.

21. PAPIANUS libro XIX. Quaestionum.—«Rogo, ne Stichus alterius servitutem experiatur»; intelligi datam fideicommissam libertatem, placuit Principi; quid enim tam contrarium est servituti, quam libertas? Nec tamen quasi post mortem heredis data videbitur; quod eo pertinet, ut, si vivus eum alienaverit, confestim libertas petatur, nec prosit ad impediendam libertatis petitionem, si redemerit eum, cuius semel conditio extitit. Idem probandum est, et si non voluntaria alienatio ab herede facta est; nec refragabitur, quod non per ipsum alienatio facta est; fuit enim quasi statuliber, et quacunque ratione conditio impleta est.

22. IDEM libro XXII. Quaestionum.—Si legatario fundi decem pretii nomine relicta sint in hoc, (ut) servum suum manumittat, quamvis fundi legatum agnoverit, si tamen pecuniae propter interventum Falcidiae non agnoverit, cogendus est et pecuniam accipere habita legis Falcidiae ratione, et servo fideicommissariam libertatem praestare, quum semel fundi legatum agnovit.

§ 1.—A duobus heredibus, qui tres servos habebat, petiit (1), ut duos ex his, quos voluissent, manumittant; altero heredum latitante alter declarat, quos velit manumittere; potest dici, fieri liberos, ut perinde libertas competat, ac si praesens solus manumittere potuisset. Quodsi ex servis unus decesserit, sive iusta ex causa absit heres, sive dari non possit, a quo petitum est, decernente Praetore duos, qui supersunt, fieri liberos (2) convenit.

§ 2.—Quum is, qui fideicommissam libertatem praestare debet, iusta ex causa abest, aut latitat, aut quidam praesentes sunt, alii ex iusta causa absunt, nonnulli frustrandi (3) gratia fideicommissi copiam sui non faciunt, aut ei, qui libertatem debuit, heres non extitit, aut suus heres hereditate se abstulit, Praetor pronuntiare debet, ex testamento Lucii Titii fideicommissam libertatem competere; idque Senatusconsulto demonstratum est; quo Senatusconsulto comprehensum est, ne dubium et obscurum esset, cuius libertus fieret, Praetorem pronuntiare debere, qui ex iusta causa, et qui detractandae libertatis gratia absit.

23. IDEM libro IX. Responsorum.—Fideicommissaria libertas praetextu compilatae (4) hereditatis, aut rationis gestae differtur.

§ 1.—Fideicommissariam libertatem ab herede non praestitam cogendus est heredis heres, qui restituit ex Trebelliano Senatusconsulto hereditatem, praestare, si eius personam eligat, qui manumittendus est.

fideicomiso, porque el testador, rogando al heredero que lo manumitiera, no parece que entendió que fuese restituído; pero si por error hubiere sido dado por el heredero, se ha de decir lo que escribe Juliano.

21. PAPIANO; Cuestiones, libro XIX.—«Ruego que Stico no experimente la esclavitud de otro»; le plugo al Príncipe, que se entendiese dada por fideicomiso la libertad; porque, ¿qué cosa hay tan contraria á la esclavitud como la libertad? Pero no se considerará como dada después de la muerte del heredero; lo que tiene por objeto, que si en vida lo hubiere enajenado, se pedirá inmediatamente la libertad, y para impedir la petición de la libertad no aprovechará que hubiere vuelto á comprar á aquél respecto del cual se cumplió una vez la condición. Lo mismo se ha de admitir, también si no fué voluntaria la enajenación hecha por el heredero; y no se objetará, que la enajenación no fué hecha por él mismo; porque éste fué como aquél á quien en testamento se le dejó la libertad bajo condición, y respecto del que se cumplió de algún modo la condición.

22. EL MISMO; Cuestiones, libro XXII.—Si al legatario de un fundo se le hubieran dejado por razón de precio la suma de diez para que manumita á su esclavo, aunque hubiere aceptado el legado del fundo, si, no obstante, no hubiere admitido la cantidad por razón de la aplicación de la Falcidia, ha de ser obligado, habida cuenta de la ley Falcidia, tanto á recibir la cantidad, como á darle al esclavo la libertad dejada por fideicomiso, puesto que ya una vez aceptó el legado.

§ 1.—Uno que tenía tres esclavos, les pidió á dos herederos que manumitiesen de ellos á los dos que quisieran; estando oculto uno de los herederos declaró el otro á quienes quería manumitir; se puede decir que se hacen libres, de modo que les compete la libertad lo mismo que si sólo el que está presente hubiese podido manumitirlos. Pero si hubiere fallecido uno de los esclavos, ya si estuviera ausente por justa causa, ya si aun no pudiera hablar, el heredero, á quien se le rogó, es conveniente que decretándolo el Pretor, se hagan libres los que sobreviven.

§ 2.—Cuando el que debe dar la libertad dejada por fideicomiso está ausente por justa causa, ó se oculta, ó unos están presentes, y otros ausentes por justa causa, y algunos no se presentan para frustrar el fideicomiso, ó no hubo heredero del que debió la libertad, ó el heredero suyo se abstuvo de la herencia, el Pretor debe declarar que en virtud del testamento de Lucio Ticio compete la libertad dejada por fideicomiso; y así se determinó en el senadoconsulto; en cuyo senadoconsulto se consignó, para que no fuese dudoso y obscuro de quién se haría liberto, que el Pretor debe declarar quién esté ausente por justa causa, y quién para defraudar la libertad.

23. EL MISMO; Respuestas, libro IX.—No se difiere so pretexto de haber sido despojada la herencia, ó de haberse llevado una administración, la libertad dejada por fideicomiso.

§ 1.—El heredero del heredero, que restituyó la herencia en virtud del senadoconsulto Trebelliano, ha de ser obligado á dar la libertad dejada por fideicomiso no dada por el heredero, si el que ha de ser manumitido eligiera la persona de aquél.

(1) Hal.; petit, el oddios Fl.

(2) Taur. al margen; liberos, en el texto.

(3) frandandi, Hal. Vuly.

(4) explatae, Hal.

§ 2.—*Servum peculii castrensis, quem pater fideicommissi verbis a legitimis filiis heredibus liberari voluit, filium militem, vel qui militavit, si patris heres extitit, manumittere cogendum respondi, quoniam proprium manumisisse defunctus post donationem in filium collatum existimavit; portionem enim a fratre domino fratrem eundemque cohæredem citra damnum voluntatis redimere non cogendum, nec ob eundem errorem cetera, quæ pater in militiam (1) profecturo filio donavit, fratri, qui mansit in potestate, conferenda, quum peculium castronco filius etiam inter legitimos heredes præcipuum retineat.*

§ 3.—*Etiam fideicommissaria libertas a filio post certam aetatem eius data, si ad eam puer non pervenit, ab herede filii præstituta die reddatur; quam sententiam iure singulari receptam ad cetera fideicommissa relicta porrigi non placuit.*

§ 4.—*Servum a filio post quinque annos, si eo tempore mercedem diurnam filio præstitisset, manumitti voluit; biennio proximo vagatus non præstitit; conditione defectus videbatur; si tamen heres filius, aut tutores eius ministerium servi per biennium elegissent (2), eam rem ex præterito (3), quod per heredem stetisset, impedimento residuae conditioni non esse constitit.*

24. ULPIANUS libro V. Fideicommissorum.—*Generaliter dicemus, eos posse fideicommissariam libertatem adscribere, qui fideicommissum pecuniarium possunt relinquere.*

§ 1.—*Et Principis servo, vel municipii, et cuius alterius, fideicommissa libertas adscripta valet.*

§ 2.—*Hostium servo si fideicommissaria libertas fuerit adscripta, potest tractari, an non sit inefficax. Et fortassis quis dixerit, indignum esse, civem romanum fieri hostium servum; sed si in casum (4) relinquatur, in quem noster esse incipit, quid prohibet dicere, libertatem valere (5)?*

§ 3.—*Si homini libero fuerit libertas per fideicommissum adscripta, et is in servitutem redactus proponatur, petere potest libertatem, si modo mortis tempore, vel conditionis existentis inveniatur servus.*

§ 4.—*Servo eius, qui nondum in rebus humanis est, libertas recte per fideicommissum relinquitur.*

§ 5.—*Si servus in metallum fuerit damnatus, libertatem sperare non poterit. Quid ergo, si fideicommissaria libertas ei (6) relicta sit, et poena metalli indulgentia Principis sit liberatus? Et est rescriptum ab Imperatore nostro (7), hunc in dominium prioris domini non restitui; cuius tamen sit, non addicitur; certe quum fisci efficiatur, sperare potest fideicommissariam libertatem.*

§ 6.—*Ex damnata in metallum concepto et nato fideicommissaria libertas dari poterit; quid mirum, quum etiam venundari cum posse quasi servum Divus Pius rescripsit?*

(1) *Hal. Vulg.*; milita, el código Fl.

(2) *Hal.*; elegisset, el código Fl.

(3) *excepto por ex præterito, Vulg.*

(4) *casu, Hal. Vulg.*

§ 2.—*Respondi, que el hijo militar, ó que fué militar, ha de ser obligado, si fué heredero de su padre, á manumitir al esclavo del peculio castrense, que el padre quiso con palabras de fideicomiso que fuese hecho libre por sus hijos, herederos legitimos, porque el difunto estimó que manumitió á un esclavo propio después de la donación hecha á su hijo; pues el hermano y cohæredero no ha de ser obligado por el hermano dueño á rescatar su porción en perjuicio de la voluntad, y ni por causa del mismo error se le han de llevar á colación al hermano que permaneció bajo potestad las demás cosas, que el padre le donó al hijo al marchar á la milicia, puesto que el hijo retiene como privilegiado el peculio castrense aun entre los herederos legitimos.*

§ 3.—*La libertad dada por fideicomiso á cargo de un hijo para después de cierta edad de éste, si el impúbero no llegó á tal edad, será dada también por el heredero del hijo en el día prefijado; cuya decisión, admitida por derecho singular, no plugo que se extendiera á los demás fideicomisos dejados.*

§ 4.—*Uno quiso que por su hijo fuese manumitido después de cinco años un esclavo, si durante este tiempo le hubiese entregado al hijo el salario diario; habiendo andado vagando los dos años inmediatos, no lo habia entregado; parecia que faltó á la condición; pero si el hijo heredero, ó sus tutores, hubiesen preferido el servicio de aquel esclavo en los dos años, es sabido que esta circunstancia, que respecto al tiempo pasado hubiese consistido en el heredero, no sirve de impedimento para lo restante de la condición.*

24. ULPIANO; Fideicomisos, libro V.—*En general diremos, que pueden dejar por fideicomiso la libertad los que pueden dejar dinero por fideicomiso.*

§ 1.—*Es válida la libertad dejada por fideicomiso á un esclavo del Principe, ó de un municipio, y de otro cualquiera.*

§ 2.—*Si á un esclavo de los enemigos se le hubiere asignado por fideicomiso la libertad, se puede discutir si no será ineficaz. Y quizá diga alguno, que es indigno que se haga ciudadano romano un esclavo de los enemigos; pero si fuese dejada para el caso en que comience á ser nuestro, ¿qué impide decir que es válida la libertad?*

§ 3.—*Si á un hombre libre le hubiere sido asignada por fideicomiso la libertad, y se dijera que fué reducido á esclavitud, puede pedir la libertad, si es que al tiempo de la muerte, ó de cumplirse la condición, se hallase siendo esclavo.*

§ 4.—*Al esclavo del que aun no existe se le deja válidamente la libertad por fideicomiso.*

§ 5.—*Si un esclavo hubiere sido condenado á las minas, no podrá esperar la libertad. Luego ¿qué se dirá, si se le hubiera dejado la libertad por fideicomiso, y hubiera sido librado de la pena de las minas por indulgentia del Principe? Y se respondió por rescripto por nuestro Emperador, que éste no es restituido al dominio de su primer dueño; pero no se añade de quién sea; mas á la verdad, como se hace esclavo del fisco, puede esperar la libertad dejada por fideicomiso.*

§ 6.—*Al concebido y nacido de la que fué condenada á las minas se le puede dar la libertad por fideicomiso; ¿qué hay de extrañar, puesto que el Divino Pio respondió por rescripto que también él podía ser vendido como esclavo?*

(5) *dicere — valere, omitelas Hal.*

(6) *Taur. al margen; et, en el texto.*

(7) *Véase el fr. 8. § 12. D. de poenis XLVIII. 19.*

§ 7.—Si petítum a testatore fuerit, ne postea Stichus serviret, placuit, fideicommissariam libertatem datam videri; nam qui hoc petit, ne postea serviat, videtur petere, ut libertas ei praestetur.

§ 8.—Sed et si ita scripsit: «ne eum alienus, ne eum vendas», idem erit dicendum, si modo hoc animo fuerit adscriptum, quod voluerit eum testator ad libertatem reduci; ceterum si alia mente id scripsit, utputa quia consilium dabat heredi, retinere talem servum, vel quia coërcere voluit servum et cruciari, ne meliorem dominum experiat, vel alia (1) mente, non tribuendae libertatis animo, dicendum est, cessare libertatis praestationem; et ita Celsus libro vicesimo tertio Digestorum scribit. Non tantum enim verba fideicommissi, sed et mens testatoris tribuere solet libertatem fideicommissariam. Sed quum ex praesumptione libertas praestita esse videtur, heredis est, contrariam voluntatem testatoris probare.

§ 9.—Si quis tutorem ideo scripserit, quia liberum putavit, certissimum est, neque libertatem peti posse, neque tutelam libertatis praestationi patrocinari; et ita et Marcellus libro quinto decimo Digestorum, et Imperator noster cum patre rescripsit.

§ 10.—Si quis servo pignorado directam libertatem dederit, licet videtur iure subtili inutiliter reliquisse, attamen, quasi et fideicommissaria libertate relicta, servus petere potest, ut ex fideicommissio liber fiat; favor enim libertatis suadet, ut interpretemur, et ad libertatis petitionem procedere testamenti verba, quasi ex fideicommissio fuerit (2) servus liber esse iussus; nec enim ignotum est, quod multa contra iuris rigorem pro libertate sint constituta.

§ 11.—Ex testamento, quod agnatione postumae ruptum esse constitit, neque directas libertates competere, neque fideicommissarias deberi, si (3) quas non a legitimis quoque heredibus paterfamilias reliquerit, satis constat.

§ 12.—Si quis alienum, vel suum servum rogatus sit manumittere, et minus sit (4) in eo, quod accepit iudicio testatoris, plus sit in pretio sorvi, an cogatur vel alienum redimere, vel suum manumittere, videndum est. Et Marcellus scripsit, quum ceperit legatum, cogendum omnimodo suum manumittere; et sane hoc iure utimur, ut multum intersit, suum quisque rogatus sit manumittere, an alienum; si suum, cogatur manumittere, etiãmsi modicum accepit; quodsi alienum, non alias erit cogendus, quam si tanti possit redimere, quantum ex iudicio testatoris consecutus sit.

§ 13.—Proinde consequenter Marcellus ait, eum quoque, qui heres institutus est, si quidem aliquid ad eum deducto aere alieno pervenit, cogendum

§ 7.—Si por el testador se hubiere pedido que en lo sucesivo no prestase servidumbre Stico, se determino que se considerase dada por fideicomiso la libertad; porque el que pide que en lo sucesivo no preste servidumbre, parece que pide que se le dé la libertad.

§ 8.—Pero también si escribió de este modo: «no lo enajenes, ni lo vendas», se habrá de decir lo mismo, si esto hubiere sido escrito con tal intención, porque el testador haya querido que aquél sea constituido en libertad; pero si lo escribió con otro designio, por ejemplo, porque le daba al heredero consejo para que retuviera á tal esclavo, ó porque quiso corregir y castigar al esclavo, para que no experimentase á un dueño mejor, ó con otra intención, no con ánimo de que se le haya de conceder la libertad, se ha de decir que deja de tener lugar la prestación de la libertad; y así lo escribe Celso en el libro vigésimo tercero del Digesto. Porque no solamente las palabras del fideicomiso, sino también la mente del testador, suelen dar la libertad por fideicomiso. Pero cuando por presunción parece que se dió la libertad, al heredero le incumbe probar la voluntad contraria del testador.

§ 9.—Si alguno hubiere nombrado á otro como tutor, porque lo creyó libre, es muy cierto que ni se puede pedir la libertad, ni la tutela favorece para la prestación de la libertad; y así lo dice Marcelo en el libro décimo quinto del Digesto, y lo respondió por rescripto nuestro Emperador juntamente con su padre.

§ 10.—Si alguien le hubiere dado la libertad directa á un esclavo pignorado, aunque en estricto derecho parece que se la dejó inútilmente, sin embargo, el esclavo puede pedir, como si se le hubiera dejado la libertad también por fideicomiso, que se le haga libre en virtud del fideicomiso; porque el favor de la libertad aconseja que interpretemos, que las palabras del testamento son pertinentes también para la petición de la libertad, como si por fideicomiso se hubiere mandado que el esclavo sea libre; porque no es cosa ignorada que en favor de la libertad se establecieron muchas disposiciones contra el rigor del derecho.

§ 11.—Es bastante sabido, que en virtud del testamento, que se sabe que se rompió por el nacimiento de una póstuma, ni competen las libertades directas, ni se deben las dejadas por fideicomiso, si algunas hubiere dejado el padre de familia aun á cargo de los herederos legítimos.

§ 12.—Si á alguno se le hubiera rogado que manumita á un esclavo ajeno, ó suyo propio, é importara menos lo que recibió por la última disposición del testador, y más el precio del esclavo, se ha de ver si será obligado ó á comprar al ajeno, ó á manumitir al suyo. Y escribe Marcelo, que, habiendo aceptado el legado, ha de ser obligado de todos modos á manumitir al suyo; y verdaderamente observamos este derecho, de suerte que hay mucha diferencia entre que á uno se le haya rogado que manumita al suyo, ó que al ajeno; si al suyo, será obligado á manumitirlo, aunque haya recibido módica cosa; pero si al ajeno, no será obligado de otro modo, sino si pudiera comprarlo por tanto cuanto haya obtenido por la última disposición del testador.

§ 13.—Consiguientemente dice Marcelo, que también el que fué instituido heredero ha de ser obligado á manumitir al suyo, si verdaderamente

(1) Hal. Vulg.: aliquis, el códice Fl.

(2) Hal. Vulg.: fuerat, el códice Fl.

(3) Taur. según la escritura original; si, omitela la corrección del códice Fl., Br.

(4) consecutus, inserta Hal.

esse suum manumittere; si vero nihil pervenit, non esse cogendum.

§ 14.—Plane si forte minus relictum est alicui, verum crevit legatum ex aliqua causa, acquissimum erit, tanti eum cogi redimere, quantum ad eum pervenit; nec causari debere, quod minus illi relictum sit, quum creverit eius legatum per testamenti occasionem; nam etsi ex mora fructus usu-raeve fideicommissis accessissent, dicendum est, libertatem praestandam.

§ 15.—Proinde etsi servi pretium decrevit, dicendum est, redimere cogendum.

§ 16.—Quodsi legatum sit imminutum, videndum, an cogatur servum manumittere, qui speravit (1) legatum uberius (2) consecuturum. Et putem, si legatum refundere sit paratus, non esse cogendum; idcirco, quia alia contemplatione agnovit legatum, quod ex inopinato deminutum est. Parato igitur ei (3) a legato recedere, concedendum (4) erit, nisi forte residuum legatum ad pretium sufficit.

§ 17.—Quid ergo, si plures (5) servos rogatus sit manumittere, et ad quorundam pretium sufficiat id, quod relictum est, ad omnium non sufficiat, an cogendus sit quosdam manumittere? Et putem, debere eum cogi, vel eos, quorum pretium patitur, manumittere. Quis ergo statuet, qui potius manumittitur (6), utrumne ipse legatarius eligat, quos manumittat, an heres est? Et fortassis quis recte dixerit, ordinem scripturae sequendum; quodsi ordo non pareat, aut sortiri eos oportebit, ne aliquam ambitionis vel gratiae suspicionem Praetor subeat, aut meritis cuiusque allegatis arbitrari eos oportet.

§ 18.—Simili modo dicendum est, etsi redimere iussus sit, libertatemque praestare, nec pecunia, quae legata est, sufficiat ad redemptionem omnium, quibus libertas data est; nam et hic idem erit, quod supra probavimus.

§ 19.—Si cui legatum sit relictum, isque rogatus sit servum proprium manumittere, eique (7), quod legatum est, praestare, an fideicommissaria libertas praestanda sit? Quosdam movet, quia, si fuerit coactus ad libertatem praestandam, ex necessitate ad fideicommissi quoque praestationem erit cogendus; et sunt (8), qui putant, non esse cogendum. Nam et si mihi legatum fuisset relictum, et id rogatus essem Titio restituere confestim, et praeterea fideicommissam libertatem servo meo praestare, sine dubio diceremus, non esse me cogendum ad libertatis praestationem, quia nihil pretii nomine videor accepisse. Plane si forte post tempus fuerit rogatus restituere sibi legatum relictum, dici potest, propter medii temporis fructum cogendum eum manumittere.

§ 20.—Si rogatus quis alii fundum, quum morietur, alii centum praestare, si tantum ex fructi-

fué alguna cosa á su poder deducidas las deudas; pero si nada fué á su poder, no ha de ser obligado.

§ 14.—Mas si acaso se le dejó á alguno menos, pero el legado creció por alguna causa, será muy justo, qué él sea obligado á comprarlo por tanto cuanto fué á poder de él; y no debe excusarse porque se le haya dejado menos, habiendo crecido su legado con ocasión del testamento; porque aunque por causa de mora se le hubiesen agregado al fideicomiso frutos ó intereses, se ha de decir que se debe dar la libertad.

§ 15.—Por lo tanto, también si disminuyó el precio del esclavo, se ha de decir que ha de ser obligado á comprarlo.

§ 16.—Pero si el legado se hubiera disminuído, se ha de ver si será obligado á manumitir al esclavo el que esperó obtener un legado más pingüe. Y yo opinaria, que si estuviera dispuesto á devolver el legado no ha de ser obligado; por esto, porque aceptó por otra consideración el legado, que inopinadamente se disminuyó. Así, pues, al que esté dispuesto á separarse del legado se le habrá de permitir, á no ser acaso que lo restante del legado baste para el precio.

§ 17.—¿Luego qué se dirá, si á uno se le hubiera rogado que manumita á varios esclavos, y lo que se dejó baste para el precio de algunos, y no baste para el de todos? ¿Habrá de ser acaso obligado á manumitir á algunos? Y yo opinaria, que él debe ser obligado á manumitir por lo menos á aquellos cuyo precio lo consiente. Mas ¿quién determinará el que preferentemente haya de ser manumitido? ¿Acaso elegirá el mismo legatario aquellos á quienes haya de manumitir, ó el heredero? Y quizá alguno dirá con razón que se ha de seguir el orden de la escritura; pero si no apareciera el orden, convenirá sortearlos, á fin de que sobre el Pretor no recaiga sospecha alguna de intriga ó de favor, ó convenirá elegirlos por los méritos de cada uno, que se hayan alegado.

§ 18.—Del mismo modo se ha de decir, aunque á uno se le hubiera mandado comprarlos y darles la libertad, y el dinero que se legó no bastara para la compra de todos aquellos á quienes se les dió la libertad; porque también en este caso será lo mismo que en el anterior hemos admitido.

§ 19.—Si á uno se le hubiera dejado un legado, y á él se le hubiera rogado que manumita á un esclavo propio, y darle lo que se legó, ¿se habrá de dar la libertad dejada por fideicomiso? Esto inclina á algunos, porque, si hubiere sido obligado á dar la libertad, por necesidad habrá de ser obligado también á la entrega del fideicomiso; y hay quienes opinan, que no ha de ser obligado. Porque también si se me hubiese dejado un legado, y se me hubiese rogado que lo restituyera inmediatamente á Titio, y además que le diera á un esclavo mío la libertad por fideicomiso, sin duda diríamos, que yo no había de ser obligado á la prestación de la libertad, porque no parece que recibí cosa alguna á título de precio. Mas si acaso se le hubiere rogado á uno que restituya después de algún tiempo el legado que se le dejó, se puede decir, que ha de ser obligado á manumitirlo por razón de los frutos del tiempo intermedio.

§ 20.—Si á alguien se le hubiere rogado que cuando muera le dé á uno un fundo, y á otro la can-

(1) *Taur.* según la escritura original; se, inserta la corrección del códice *Fl.*, *Br.*

(2) *Taur.* según corrección del códice *Fl.*; verius, la escritura original, *Br.*

(3) *eo*, *Hal.* *Vulg.*

(4) *cogendus*, *Vulg.*

(5) *Taur.*; pluribusve, el códice *Fl.*, *Br.*

(6) *manumittantur*, *Hal.* *Vulg.*

(7) Según corrección del códice *Fl.*, *Br.*; et id por eique, *Taur.* según la escritura original.

(8) *Taur.* al márgen; etsi por et sunt, en el texto.

bus fundi perceperit, quantum est in fideicommisso, cogendum eum praestare; sic fit, ut sit in pendenti fideicommissum pecuniarium, et fideicommissae libertatis praestatio.

§ 21.—Quoties autem fideicommissaria libertas relinquatur efficaciter, in ea causa est, ut neque alienatione, neque usucapione extingui possit; ad quemcunque enim pervenerit is servus, cui fideicommissa libertas relicta est, cogi eum manumittere; et ita est saepissime constitutum. Cogetur igitur is, ad quem servus pervenerit, fideicommissam libertatem praestare, si hoc maluit is, qui rogatus est; latius enim acceptum est, ut et si sub conditione fuit ei libertas relicta, et pendente conditione alienatus sit, attamen cum sua causa alienetur (1). Quodsi noluit ab eo manumitti, sed potius ab eo velit ad libertatem perducere, qui erat rogatus eum manumittere, audiri eum oportere, Divus Hadrianus et Divus Pius rescripserunt; quin imo et si iam manumissus est, velit tamen potius eius libertus fieri, qui erat rogatus eum manumittere, audiendum eum Divus Pius rescripsit. Sed etsi ex persona manumissoris, vel ex quacunque causa manumissus ostendere potest, ius suum laedi manumissione, vel etiam laesum (2), succurri ei ex his Constitutionibus oportet, ne contra voluntatem defuncti durior eius conditio constituatur. Plane si ea sit defuncti voluntas, ut vel a quocunque (3) manumitti voluerit, dicendum est, Constitutiones supra scriptas cessare.

25. PAULUS libro III. *Fideicommissorum*.—Si heres, qui vendidit servum, sine successore decesserit, emtor autem extet, et velit servus defuncti libertus esse, non emtoris, non esse eum audiendum Valens scripsit, ne emtor et pretium, et libertum perdat.

26. ULPIANUS libro V. *Fideicommissorum*.—Quum vero is, qui rogatus non (4) est alienum servum manumittere, mortalitatis necessitate, vel bonorum publicatione, ad alium servum perduxit, magis opinor, Constitutionibus esse locum, ne deterior conditio fideicommissae libertatis fiat. Nam et quum quidam rogatus esset, quum moreretur, servum manumittere, isque decessisset libertate servo non data, perinde eum habendum constitutum est, atque si ad libertatem ab eo perductus esset; potest enim eo testamento dare libertatem, utique directam (5). Sic (6) fit, ut, quoties quis libertatem accepit fideicommissariam, si ab alio, quam qui erat rogatus, manumittatur, auxilium Constitutionum habeat, perindeque habeatur, atque si ab eo manumissus fuisset, quoniam fideicommissis libertatibus favor exhibetur, nec intercidere solet destinata fideicommissa libertas; qui enim ea donatus est, in possessione (7) libertatis interim esse videtur.

(1) *Hal.*; alienatur, el código Fl.

(2) ius suum manumissione esse laesum, *Hal.*

(3) *Hal. Vulg.*; quocunque, el código Fl.

(4) non, considerase aquí palabra superflua.

(5) *Taur.*; directum, el código Fl., *Br.*

idad de ciento, ha de ser el obligado á darlos, si de los frutos del fundo hubiere percibido tanto quanto importa el fideicomiso; resulta de aquí, que estarán en suspenso el fideicomiso pecuniario, y la prestación de la libertad dejada por fideicomiso.

§ 21.—Mas cuando la libertad dada por fideicomiso se deja eficazmente, es de tal condición, que no puede extinguirse ni por la enajenación, ni por la usucapion; porque cualquiera á cuyo poder hubiere ido este esclavo, al cual se le dejó por fideicomiso la libertad, es obligado á manumitirlo; y así se determinó muchísimas veces. En su virtud, aquel á cuyo poder hubiere ido el esclavo será obligado á darle la libertad dejada por fideicomiso, si esto prefirió aquel á quien se le rogó; porque se admitió además, que también si bajo condición se le dejó la libertad, y pendiente la condición hubiera sido enajenado, sea sin embargo enajenado con su propia condición. Pero si no quisiera ser manumitido por éste, sino que quisiera más bien ser constituido en libertad por aquel á quien se le había rogado que lo manumitiera, respondieron por rescripto el Divino Adriano y el Divino Pío, que debe ser oído; y aun más, también si ya fué manumitido, pero quisiera preferentemente hacerse liberto de aquel á quien se le había rogado que lo manumitiera, resolvió por rescripto el Divino Pío que ha de ser oído. Pero también si el manumitido puede demostrar que por razón de la persona del manumisor, ó por otra causa cualquiera, se lesiona su derecho con la manumisión, ó también que fué lesionado, conviene que se le socorra en virtud de estas Constitutiones, á fin de que no se haga más dura su condición contra la voluntad del difunto. Mas si la voluntad del difunto fuera tal, que hubiere querido que por cualquiera fuese manumitido, se ha de decir, que dejan de tener lugar las susodichas Constitutiones.

25. PAULO; *Fideicomisos, libro III.*—Si el heredero que vendió un esclavo hubiere fallecido sin sucesor, pero viviera el comprador, y el esclavo quisiera ser liberto del difunto, no del comprador, escribió Valente, que él no ha de ser oído, á fin de que el comprador no pierda el precio y el liberto.

26. ULPIANO; *Fideicomisos, libro V.*—Mas cuando aquel á quien se le rogó que manumitiera á un esclavo ajeno, entregó el esclavo á otro ó por necesidad de muerte, ó por la confiscación de los bienes, opino que es más cierto que tienen lugar las Constitutiones, á fin de que no se haga peor la condición de la libertad dejada por fideicomiso. Porque también cuando á alguno se le hubiese rogado que al morir manumitiera á un esclavo, y él hubiese fallecido sin haberle dado la libertad al esclavo, se estableció que éste había de ser considerado como si por él hubiese sido puesto en libertad; porque puede darle la libertad en este testamento, y ciertamente directa. Resulta de aquí, que siempre que alguno recibió por fideicomiso la libertad, tiene, si fuera manumitido por otro que por aquel á quien se le había rogado, el auxilio de las Constitutiones, y es considerado lo mismo que si hubiese sido manumitido por aquél, porque se les concede favor á las libertades dejadas por fideicomiso, y no suele perecer la libertad que se dejó por fideicomiso; pues aquel á quien se hizo donación de ella parece que mientras tanto está en posesión de la libertad.

(6) *Taur.* según la escritura original; *alt.*, la corrección del código Fl., *Br.*; utique quum dictum sit, ut, *Hal. Vulg.*

(7) *Hal. Vulg.*; possessionem, el código Fl.

§ 1.—Apparet igitur, subventum fideicommissis libertatibus, ut in re (1) mora facta esse his videatur; et ex die quidem, quo libertas peti potuit, matri tradentur (2) manumittendi causa, ex die vero, quo petita est, ingenui nascantur. Plerumque enim per ignaviam, vel per timiditatem eorum, quibus relinquitur libertas fideicommissa, vel ignorantiam iuris sui, vel per auctoritatem et dignitatem eorum, a quibus relicta est, vel serius petitur, vel in totum non petitur fideicommissa libertas; quae res obesse libertati non debet. Quod igitur defendimus, ita determinandum est, ut ingenui quidem exinde nascantur, ex quo mora libertati facta est; manumitti autem partum dici debeat, ex quo peti libertas potuit, quamvis non sit petita. Certe minoribus viginti quinque annis et in hoc tribuendum est auxilium, ut videatur in re mora esse; nam qua ratione decretum, et a Divo Severo (3) constitutum est, in re moram esse circa pecuniaria fideicommissa, quae minoribus relicta sunt, multo magis debet etiam in libertatibus hoc idem admitti.

§ 2.—Quum quidam Caecilius ancillam, quam pignori obligaverat, dimisso creditore per fideicommissum manumitti voluisset, et heredibus creditorem non liberantibus, infantes, qui postea erant editi, venissent a creditore, Imperator noster cum patre rescripsit, secundum ea, quae Divo Pio placuerint, ne pueri ingenuitate destinata fraudarentur, pretio emtori restituto perinde eos ingenuos fore, ac si mater eorum suo tempore manumissa fuisset.

§ 3.—Idem Imperator noster cum patre rescripsit, si post quinquennium mortis testatoris tabulae testamenti apertae essent, vel codicilli, et partus medio tempore editus sit, ne fortuita mora servitutem partui irrogaverit, matri partum tradendum, ut ab ea ad libertatem perducatur.

§ 4.—Apparet igitur ex hoc Rescripto, item eo, quod a Divo Pio rescriptum diximus, noluisse eos, moram libertatis (4) fortuitam nocere edito (5) ex ea, cui fideicommissa libertas data est.

§ 5.—Non tamen si a substituto impuberis fideicommissa libertas data sit ancillae, (6) quae vivo impubere partum ediderit, vel si post tempus, vel sub conditione libertatem acceperit, et ante diem vel conditionem partum ediderit, ad libertatem partus perducatur, quia horum alia conditio est; non enim moram fortuitam, sed ex voluntate testantis passi sunt.

§ 6.—Si pro non scripto habitus sit servus alicui legatus, cui servo per fideicommissum libertas adscripta est, quaestionis est, num fideicommissa libertas debeat intercidere; et an, si servus petat fideicommissam libertatem ab eo, penes quem re-

§ 1.—Se ve, pues, que se auxilió á las libertades dejadas por fideicomiso, de suerte que se considere que en realidad se incurrió en mora respecto á ellas; y desde el día en que se pudo pedir la libertad se le entregarán los hijos á la madre para que los manumita, pero desde el día en que fué pedida aquéllos nacen ingenuos. Porque muchas veces por desidia, ó por timidez de aquellos á quienes se les deja la libertad por fideicomiso, ó por ignorancia de su derecho, ó por la autoridad y la dignidad de aquellos, á cuyo cargo fué dejada, ó es pedida tardíamente, ó en absoluto no es pedida la libertad dejada por fideicomiso; lo cual no debe perjudicarle á la libertad. Así, pues, lo que defendemos se ha de determinar de modo que nazcan ciertamente ingenuos desde que se causó mora para la libertad; pero se debe decir que el parto es manumitido desde que se pudo pedir la libertad, aunque no haya sido pedida. Ciertamente que á los menores de veinticinco años se les ha de auxiliar también en esto, de modo que se considere que se incurre en mora; porque con mucha más razón que por la que se decretó y se estableció por el Divino Severo, que se estaba en mora respecto á los fideicomisos pecuniarios, que se les dejaron á los menores, se debe admitir esto mismo respecto á las libertades.

§ 2.—Como quiera que un tal Cecilio hubiese querido, que, pagado el acreedor, fuese manumitida por fideicomiso una esclava, que había obligado en prenda, y no pagando los herederos al acreedor hubiesen sido vendidos por el acreedor los hijos que después habían nacido, resolvió por rescripto nuestro Emperador juntamente con su padre, conforme á lo que le había parecido bien al Divino Pio, que, á fin de que los hijos no fuesen defraudados en la ingenuidad que se les había atribuido, hubieran de ser ingenuos, restituido el precio al comprador, lo mismo que si su madre hubiese sido manumitida á su tiempo.

§ 3.—Nuestro mismo Emperador resolvió por rescripto juntamente con su padre, que, si las tablas del testamento, ó del codicilo, hubiesen sido abiertas después de un quinquenio de la muerte del testador, y en el tiempo intermedio se hubiera dado á luz el parto, á fin de que la morosidad fortuita no le impusiere la esclavitud al nacido, se le había de entregar el nacido á la madre, para que por ella fuera constituido en libertad.

§ 4.—Aparece, pues, de este rescripto, y también del que dijimos que fué dado por el Divino Pio, que no quisieron ellos que la morosidad fortuita de la libertad le perjudicara al que nació de aquella á quien se le dió por fideicomiso la libertad.

§ 5.—Pero si á cargo del substituto de un impúbero fué dada por fideicomiso la libertad á una esclava, que hubiere dado á luz un parto en vida del impúbero, ó si hubiere recibido la libertad después de algún tiempo, ó bajo condición, y antes del día ó de la condición hubiere dado á luz el parto, el parto no será constituido en libertad, porque es diversa la condición de éstos; pues no sufrieron mora fortuita, sino por voluntad del testador.

§ 6.—Si hubiera sido considerado como no escrito el legado que á uno se le dejó de un esclavo, á cuyo esclavo se le había asignado por fideicomiso la libertad, hay la cuestión de si deberá extinguirse la libertad dejada por fideicomiso; y si, pidién-

(1) rem, Hal. Vulg.

(2) Hal. Vulg.; tradentur, et códice Fl.

(3) Marco, Hal.

(4) Hal. Vulg.; libertati, et códice Fl.

(5) editis, acertadamente Hal. Vulg.

(6) Taur. según la escritura original; ea, inserta la corrección del códice Fl., Br.; eaque por quae, Hal. Vulg.

mansisset, pro non scripto habito legato, quod erat relictum ei, qui eum rogatus fuerat manumittere, vel si ipse servus, ut supra dictum est, fuit legatus, an libertas non debeat intercidere. Et putem, debere dici, fideicommissam libertatem salvam esse, licet ad eum nihil pervenerit, qui eum rogatus erat manumittere; cogetur igitur libertatem praestare is, ad quem pervenit legatum, quia libertas fideicommissa nullum impedimentum pati debet.

§ 7.—Subventum libertatibus est Senatusconsulto, quod factum est temporibus Divi Traiani sub (1) Rubrio Gallo et Caelio Hispón (2) Consulibus, in haec verba: SI HI, A QUIBUS LIBERTATEM PRAESTARI OPORTET (3), EVOCATI A PRAETORE ADESSE NOLUISSENT, SI CAUSA COGNITA PRAETOR PRONUNTIASSET, LIBERTATEM HIS DEBERRI, RODEM IURE STATUM SERVARI, AC SI DIRECTO MANUMISSI ESSENT.

§ 8.—Hoc Senatusconsultum ad eos pertinet, quibus ex causa fideicommissi libertas (4) debebatur (5). Proinde si libertas non deberetur, obreptum tamen Praetori est de libertate, pronuntiatumque, ex hoc Senatusconsulto libertas non competit; et ita Imperator noster cum patre suo rescripsit.

§ 9.—Evocari autem a Praetore oportet eos, qui fideicommissam libertatem debent, ceterum nisi fuerint evocati, cessat Rubrianum Senatusconsultum; proinde denuntiationibus et edictis literisque evocandi sunt.

rori meae carissimae fecerunt medici, servi eius, manumissi ab ea, qui salario expleto reliquerunt eam; quaero, an fideicommissa libertas superscriptis competere potest? Respondit, secundum ea, quae proponerentur, non necessitatem hereditibus impositam, sed arbitrium permissum.

§ 7.—Titius Stichus, servo suo, libertatem dedit, si rationes suas (1) dederit; quaero, an ratio per eum gesta ita putari (2) debeat, ut damna, quae casu contigerunt, ad onus reliquorum non pertineant. Respondit (3), in negotio, quod voluntate domini administrasse proponatur, ea damna, quae casu ita acciderint, ut servo nihil possit imputari, non pertinere ad reliquorum onus.

§ 8.—Item quaero, quum omne peculium redde-re iussus sit, an ita peculium computari debeat, ut id solum peculii esse videatur, quod quaque ex causa domino debeat superesse. Respondit, in ea specie, de qua quaereretur, non debere deduci ex peculio, quod (4) domino debeat.

§ 9.—Item quaero, an, si ex reliquis in peculio (5) aliquid converterit, deduci hoc ex peculio reddendo debeat. Respondit, si id, quod ex causa, quae proponeretur, in peculium versum est, reliquorum nomine desolutum (6) est, fieri satis conditioni, si id, quod reliquum est peculii, solvatur.

§ 10.—Libertatem ita testamento dedit: «Cupitum, servum meum, quum Marcianus, filius meus, sedecim annos impleverit, rationibus redditibus liberum esse volo»; post mortem testatoris tutores Cupito exactionem commiserunt, isque numos redactos expensavit iisdem tutoribus; deinde filius impubes decessit, cui mater heres extitit, et tutorem tutelae iudicio filio (7) condemnatum habuit; Cupitus ad libertatem proclamatus eo tempore, quo, si viveret Marcianus, annos sedecim aetatis habiturus esset, offerens rationes unius anni in diem (8) mortis testatoris, quod (9) ceterae subscriptae fuerunt; quaesitum est, an eas quoque rationes, quas tutores periculo suo egerunt, Cupitus reddere compelli debeat. Respondit, eum, de quo quaeritur, conditioni rationis reddendae ita videri paruisse, si omne ex eo, quod gessit, (et) recte desiderari potest, reddiderit; nam alteram conditionem humaniore interpretatione ita accipi posse, ut defuncto pupillo tempus, quo, si viveret, sedecim annos impleret, exspectare satis fuerit.

§ 11.—«Stichus et Damas (10), servi mei, si rationes reddideritis, liberi estote»; quaesitum est, an non solum rationes, verum si qua alia consilio et fraude eorum amota sunt, praestari ab his debeant, ut ad libertatem perveniant. Respondit, rationum reddendarum conditione (11) contineri omne, quod quoque genere servi actum fidemque respiceret.

§ 12.—Intra certa tempora conditioni reddenda-

lo que le hicieron á mi queridísima hermana, médicos, esclavos suyos, manumitidos por ella, los cuales, cumplido el tiempo de su servicio, la abandonaron; pregunto, ¿puede competelerles por fideicomiso la libertad á los susodichos? Respondió, que, según lo que se exponía, no se les impuso á los herederos la necesidad, sino que se les permitió su arbitrio.

§ 7.—Ticio le dió á su esclavo Stico la libertad, si hubiere rendido sus cuentas; pregunto, si la cuenta llevada por él deberá ser juzgada de modo que no se comprendan en el cargo de los remanentes los quebrantos que casualmente sobrevinieron. Respondió, que en el negocio, que se diga que administró por voluntad de su señor, no corresponden al cargo de los remanentes los perjuicios que casualmente hayan sobrevenido, de modo que nada se le pueda imputar al esclavo.

§ 8.—También pregunto, si, habiéndole mandado á uno que entregue todo el peculio, se deberá computar el peculio de modo que se considere que es del peculio sólo lo que por cualquier causa deba quedarle al señor. Respondió, que en el caso de que se trata no se debe deducir del peculio lo que se le deba al señor.

§ 9.—También pregunto, si, habiendo aplicado algo de los remanentes al peculio, deberá deducirse esto al devolver el peculio. Respondió, que si lo que por la causa que se exponía se aplicó al peculio fué pagado á título de remanentes, se satisfaría á la condición si se pagara lo que es remanente del peculio.

§ 10.—Uno dió así la libertad en su testamento: «quiero que Cúpito, mi esclavo, sea libre, habiendo rendido las cuentas, cuando Marciano, mi hijo, hubiere cumplido dieciseis años»; después de la muerte del testador los tutores le encomendaron á Cúpito la cobranza, y él les entregó á los mismos tutores el dinero recaudado; después falleció impúbbero el hijo, de quien quedó heredera la madre, y logró que el tutor fuese condenado á favor del hijo en el juicio de tutela; Cúpito se proclama en libertad al tiempo en que, si viviese Marciano, habría tenido los dieciseis años de edad, ofreciendo las cuentas de un solo año hasta el día de la muerte del testador, porque las demás habían sido firmadas; se preguntó, si deberá ser compelido Cúpito á rendir también aquellas cuentas, que los tutores admitieron á su propio riesgo. Respondió; que éste, de quien se trata, parece que cumplió así con la obligación de rendir las cuentas, si las hubiere recibido de todo lo que administró y de lo que razonablemente se puede desear; porque la otra condición puede ser entendida con más benigna interpretación, de suerte que haya sido bastante esperar, fallecido el pupilo, al tiempo en que, si viviese, cumpliría los dieciseis años.

§ 11.—«Sed libres Stico y Damas, esclavos míos, si hubiéreis rendido las cuentas»; se preguntó, si para que lleguen á la libertad deberán darse por ellos no solamente las cuentas, sino también alguna cosa que se haya quitado por consejo y fraude de ellos. Respondió, que en la condición de rendir las cuentas se comprende todo lo que de alguna manera se refiera á la administración y á la fidelidad del esclavo.

§ 12.—No cumplieron dentro de cierto término

(1) Según las Bas.; sic por suas, el código Fl.

(2) computari, Vulg.

(3) Hal.; respondi, el código Fl.

(4) Taur. según la escritura original; a, inserta la corrección del código Fl., Br.

(5) peculium, Hal. Vulg.

(6) solutum, Vulg.

(7) Taur. según la escritura original; filii, la corrección del código Fl., Br.

(8) die, Hal. Vulg.

(9) quo, Hal. Vulg.

(10) Damas, Hal.

(11) Hal.; conditioni, el código Fl.

rum rationum non paruerunt, postea parati erant; quaesitum est, an perveniant ad libertatem. Respondit, si per ipsos stetisset, quominus intra tempora praescripta conditioni parerent, non idcirco liberos fore, quod postea rationes velint reddere.

§ 13.—«Ab heredibus meis peto, fideique eorum committo, quum filius meus sedecim (1) annos impleverit, Stichum rationibus redditibus manumittant»; quaero, an eundem servum testator in diem usque pubertatis filii sui actum agere voluerit. Respondit, manifestum esse, testatorem huius quoque actus rationem a Sticho reddi voluisse.

§ 14.—«Stichus, servus meus, iubeo, ut det, praestet (2) filiae et uxori meae, heredibus meis, sine ulla controversia tot aureos; et ut ipsum manumittant, fidei eorum committo»; quaesitum est, quum uxor ab hereditate abstinuerit, utrum duobus (3), an filiae praestare debeat. Respondit, filiae, quae heres, ex asse extitisse proponeretur, pro solido dandum.

§ 15.—«Herede filio suo ex asse instituto, libertatem dedit in haec verba: «December, dispensator meus, Severus villicus et Victorina villica, Severi contubernalis, in annos octo liberi sunt; quos in ministerio filii mei esse volo; de (4) te autem, (5) fili carissime, peto, uti Decembrem et Severum commendatos habeas; quibus praesentem libertatem non dedi, ut idonea ministeria haberes, quos spero te et libertos idoneos habiturum»; quaero, quum eo tempore, quo Titius testamentum faciebat, filius natus annorum fuerat novem, et Titius post biennium et sex menses decesserit, anni octo, in quos libertas erat dilata, ex testamenti facti tempore, an vero ex mortis numerari debeant. Respondit, posse videri, testatorem eos annos octo dilatae libertatis comprehendisse, qui computandi sunt a die testamenti facti, nisi aliud voluisse testatorem probaretur.

§ 16.—«Spondophorus (6), quum filia mea in familia (7) nupserit, si rationes idoneae filiae meae administratas reddiderit, liber esto»; filia, quum adhuc pubes (8) esset, vivo patre decessit, et ex substitutione Seius heres extitit; quaero, quum Spondophorus (9) rationes pupillae non administraverit, et vivo patrefamilias desierit ipsius rationes administrare, et, si viveret Titia, annos haberet amplius duodecim, an ex testamento liber sit. Respondit, si nullas rationes administrasset, quas reddere heredi deberet, secundum ea, quae proponerentur, liberum esse.

§ 17.—«Stichum rationibus redditibus manumitti volo»; Stichus arcarius probante domino nomina fecit, et rationes a domino scriptas exhibet, nec postea nomen ullum fecit; quaero, an, si qui minus solvendo fuerint debitores, quibus alii exactores erant applicati, nondum videatur conditioni satisfactum. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, non pertinere ad onus reddendarum rationum, quod solvendo non essent debitores.

la condición de rendir las cuentas, y después estaban dispuestos á ello; se preguntó, si llegarán á la libertad. Respondió, que si en ellos hubiese consistido no haber cumplido la condición dentro del término establecido, no habrán de ser libres porque después quieran rendir las cuentas.

§ 13.—«Les pido á mis herederos, y encomiendo á su fidelidad, que, cuando mi hijo hubiere cumplido dieciseis años, manumitan á Stico, habiendo rendido las cuentas»; pregunto, si habrá querido el testador que el mismo esclavo desempeñe la administración hasta el día de la pubertad de su hijo. Respondió, que era manifiesto que el testador quiso que por Stico se rindieran las cuentas también de esta administración.

§ 14.—«Mando que Stico, mi esclavo, dé y entregue sin ninguna controversia á mi hija y á mi mujer, herederas mías, tantos áureos; y encomiendo á su fidelidad que lo manumitan»; se preguntó, si, habiéndose abstenido de la herencia la mujer, los deberá entregar á las dos, ó á la hija. Respondió, que se le habían de dar íntegramente á la hija, que se dice quedó heredera de la totalidad.

§ 15.—«Uno, habiendo instituido heredero de la totalidad á su hijo, dió la libertad en estos términos: «Sean libres dentro de ocho años Diciembre, mi administrador, el mayordomo Severo y la mayordoma Victorina, contubernal de Severo; los cuales quiero que estén al servicio de mi hijo; mas te pido, queridísimo hijo, que tengas como recomendados á Diciembre y á Severo; á quienes no les di de presente la libertad, para que tuvieras buenos servidores, los que espero que habrás de tener también como buenos libertos»; pregunto, si, siendo de nueve años de edad el hijo al tiempo en que Ticio hacía testamento, y habiendo fallecido Ticio después de dos años y seis meses, se deberán contar los ocho años, por los que había sido aplazada la libertad, desde el tiempo en que se hizo el testamento, ó desde el día de la muerte. Respondió, que podía parecer que el testador fijó estos diez años para aplazar la libertad, los cuales se han de computar desde el día en que se hizo el testamento, á no ser que se pruebe que quiso otra cosa el testador.

§ 16.—«Sea libre Spondoforo, cuando mi hija se hubiere casado en la familia, si á mi hija le hubiere rendido bien las cuentas administradas»; la hija, siendo todavía púbera, falleció en vida de su padre, y en virtud de substitución quedó heredero Seyo; pregunto, si no habiendo administrado Spondoforo las cuentas de la pupila, y habiendo dejado de administrar en vida del padre de familia las cuentas de éste, y habiendo de tener Titia, si viviese, más de doce años, sería libre en virtud del testamento. Respondió, que, si no hubiese administrado ningunas cuentas, que le debiese rendir al heredero, sería libre, según lo que se exponía.

§ 17.—«Quiero que Stico sea manumitido habiendo rendido las cuentas»; Stico, cajero, hizo préstamos con la aprobación de su señor, y exhibe las cuentas escritas por su señor, y después no hizo ningún préstamo; pregunto, si, no siendo solventes algunos deudores, para los cuales habían sido destinados otros cobradores, se considerará que no se cumplió todavía la condición. Respondió, que, según lo que se exponía, no correspondía al cargo de haber de rendir las cuentas la circunstancia de que no fuesen solventes los deudores.

(1) quindecim, Hal.

(2) et, inserta Hal.

(3) duobus, Hal. Vulg.

(4) Según conjetura Br.; véase el fr. 57. § 2. D. XXXVI. 1.; de, omítela el código Fl.

(5) Vulg.; Severo, inserta el código Fl.

(6) Spondophorus, Hal.

(7) filia in familia mea, Hal.

(8) El código Fl., Br., y las Bas.; impubes, Taur.

(9) Véase la nota 6.

42. MAECIANUS (1) libro VII. *Fideicommissorum*.—Antoninus Augustus Pius (2) noster, quomilitum suorum per omnia rata esset voluntas suprema, quom et institutus, et substitutus in continenti, priusquam adirent hereditatem, decessissent, eos, quibus ab his et libertas, et hereditas a milite per fideicommissum data esset, perinde liberos et heredes esse iussit, ac si utrumque directo accepissent; eorum autem, qui a pagano libertatem et hereditatem per fideicommissum acceperant, quom aequo in continenti et institutus, et substitutus decessisset, satis habuit libertatem confirmare.

43. PAULUS (3) libro IV. *ad Sabinum*.—Fideicommissa libertas non debetur ei, quem postea vinxit dominus.

44. POMPONIUS libro VII. *ad Sabinum*.—De libertate fideicommissaria praestanda servus cum domino recte contendit.

45. ULPIANUS libro V. *Disputationum*.—Si debitor rogatus sit a creditore, ancillam suam pignoratam manumittere, defendendum (4) est, fideicommissariam libertatem utiliter relictam a debitore. Quid enim interest, certa quantitas ab eo relinquatur, an fideicommissaria libertas? et (5) sive plus sit in pretio, sive minus, cogitur libertatem praestare, si modo semel agnovit voluntatem creditoris. Agnovisse autem sic accipimus, si forte, quom conveniretur ab herede, usus est exceptione, vel alias voluntatem suam ostendit; nam si conveniatur debitor ab herede creditoris, doli exceptione uti potest in id, quod intererit debitoris, ancillam suam habere.

§ 1.—In fideicommissaria libertate, quamvis quis modicum legatum fuerit consecutus, necesse habet servum suum manumittere; pecuniarium enim fideicommissum si divisum fuerit, satis (6) iniuriam facit (7) libertati, quam fideicommissario; satius (8) est igitur, eum, qui agnovit legatum, onerari, quam libertatem interdicere.

§ 2.—Quoties servo vel ancillae fideicommissaria libertas relinquatur, in ea conditione est, ut, quoad manumittatur, servilis conditionis sit; et quidem, si nullam moram praestandae libertati qui praestare debet, fecit, nihil de statu eorum mutatur; ideoque eos interim legari posse, sed cum sua causa, constat.

46. IDEM libro VI. *Disputationum*.—Fideicommissa libertas ita potest dari: «heres, si volueris, fidei tuae committo, ut Stichum manumittas», quamvis nihil aliud in testamento (9) potest valere ex nutu heredis.

§ 1.—Plane et si (10) ita: «si Stichus voluerit», potest ei libertas adscribi.

§ 2.—Sed et si ita adscriptum sit: «si Seius voluerit, Stichum liberum esse volo», mihi videtur

42. MECIANO; *Fideicomisos, libro VII*.—Nuestro Antonino Augusto Pio, a fin de que en todo fuese válida la última voluntad de sus soldados, dispuso que cuando así el instituido como el substituido hubiesen fallecido inmediatamente, antes que adieran la herencia, fuesen libres y herederos aquellos a quienes a cargo de ellos se les hubiese dado en fideicomiso por un militar la libertad y la herencia, lo mismo que si hubiesen recibido directamente la una y la otra; mas respecto a los que por fideicomiso habian recibido de un paisano la libertad y la herencia, cuando igualmente hubiesen fallecido inmediatamente el instituido y el substituido, consideró suficiente confirmarles la libertad.

43. PAULO; *Comentarios a Sabino, libro IV*.—La libertad dejada por fideicomiso no se le debe a aquel a quien su señor puso después en prisión.

44. POMONIO; *Comentarios a Sabino, libro VII*.—El esclavo litiga válidamente con su señor para que le dé la libertad dejada por fideicomiso.

45. ULPIANO; *Disputas, libro V*.—Si al deudor se le hubiera rogado por el acreedor que manumitiera a la esclava suya dada en prenda, se ha de defender que se dejó válidamente por el deudor la libertad en fideicomiso. Porque ¿qué importa que por él se deje cierta cantidad, ó la libertad en fideicomiso? Y ya si importara más el precio, ya si menos, es obligado a darle la libertad, una vez que haya aceptado la voluntad del acreedor. Mas entendemos que la aceptó, si acaso al ser demandado por el heredero usó de la excepción, ó demostró de otro modo su voluntad; porque si el deudor fuera demandado por el heredero del acreedor, puede usar de la excepción de dolo por cuanto le interesase al deudor tener su propia esclava.

§ 1.—Tratándose de la libertad dejada por fideicomiso, aunque alguno haya obtenido un legado pequeño, tiene necesidad de manumitir a su propio esclavo; porque si se hubiere dividido un fideicomiso pecuniario, infiere bastante más injuria a la libertad que al fideicomisario; así, pues, es mejor que sea grabado el que aceptó el legado, que no que se extinga la libertad.

§ 2.—Siempre que por fideicomiso se le deja la libertad a un esclavo ó a una esclava, se hallan en el caso de ser de condición servil hasta que sean manumitidos; y verdaderamente, si no causó mora alguna para dar la libertad el que debe darla, no se cambia nada del estado de ellos; y por esto es sabido, que pueden ser ellos legados entretanto, pero con su propia condición.

46. EL MISMO; *Disputas, libro VI*.—Por fideicomiso se puede dar la libertad de este modo: «heredero, si quisieres, encomiendo a tu fidelidad, que manumitas a Súco», aunque ninguna otra cosa puede ser válida en un testamento según la voluntad del heredero.

§ 1.—Ciertamente también si de este modo: «si Stico hubiere querido», se le puede dejar la libertad.

§ 2.—Mas también si se hubiera escrito así: «si Seyo quisiere, quiero que sea libre Stico», me parece

(1) Martianus, *Hal. Vulg.*

(2) Plus Augustus, *Hal.*

(3) Osius, *Hal.*

(4) *Taur.* según la escritura original; dicendum, la corrección del códice Fl., Br.

(5) Según la corrección del códice Fl., Br.; et, omitela *Taur.* según la escritura original.

(6) sane, *Hal.*

(7) tam, insertan *Hal. Vulg.*

(8) sanctius, *Hal.*

(9) sit, inserta *Vulg.*

(10) *Taur.* según la escritura original; si, omitela la corrección del códice Fl., Br.

posse dici, valere libertatem, quia conditio potius est, quemadmodum si mihi legatum esset, «si Titius Capitolium ascenderit».

§ 3.—Quodsi ita scriptum sit: «si heres voluerit», non valebit, sed ita demum, si totum in voluntate fecit heredis, si ei libuerit. Ceterum si arbitrium illi quasi viro bono dedit, non dubitabimus, quin libertas debeatur; nam et eam libertatem deberi placuit: «si tibi videbitur, peto (1) manumittas»; ita enim hoc accipiendum, si tibi quasi viro bono videbitur. Nam et ita relictum: «si voluntatem meam probaveris», puto deberi, quemadmodum: «si te demeruerit (2) quasi virum bonum», vel: «si te non offenderit quasi virum bonum», vel: «si comprobaveris», vel: «si non reprobaveris», vel: «si dignum putaveris». Nam et quum quidam graecis verbis ita fideicommissum dedisset: τῷ δέῳ, ἢν δακτύλῳς (3), ἢ λυδραίων δαδῆσαι βούλομαι: [illi, si probaveris, libertatem dari volo], (4) a Divo Severo rescriptum est, fideicommissum peti posse.

§ 4.—Quamquam autem in heredis arbitrium conferri, an debeatur, non possit, quando tamen debeatur, conferri potest.

§ 5.—Quidam, quum tres servos legasset, fidei heredis sui commisit, ut ex his duos, quos vellet, manumitteret; fideicommissa libertas valebit, et quos ex his vellet, heres manumittet; quare si eos vindicaret legatarius, quos heres vult manumittere, exceptione doli repellitur.

47. IULIANUS libro XLII, Digestorum.—Si pater duos filios heredes instituerit, et agnatione postumi ruptum testamentum fuerit, quamvis hereditas pro duabus partibus ad eos pertineat, tamen fideicommissae libertates praestari non debent, sicuti ne legata quidem aut fideicommissa praestare coguntur.

§ 1.—Si, quum alienum servum heres rogatus sit manumittere, item communem, vel eum, in quo ususfructus alienus est, latitet, non inique Senatusconsulto libertatibus succurretur.

§ 2.—Si Stichus libertas per fideicommissum data fuerit sub conditione, si rationes reddidisset, et is absente herede paratus sit reliqua solvere, Praetoris officio continetur, ut virum bonum eligat, cuius arbitrio rationes computentur; et pecuniam, quae ex computatione colligitur, deponat; atque ita pronuntiet, libertatem ex causa fideicommissi deberi. Haec autem fieri conveniet, si heres ex iusta causa aberit; nam si latitabit (5), satis erit, liquere Praetori, per servum non stare, quominus conditioni pareat; atque ita pronuntiare de libertate oportebit.

§ 3.—Quum sub conditione legato servo libertas datur, non aliter fideicommissario tradi debet, quam ut caveatur, existente conditione traditum iri eum.

§ 4.—Quaedam quum in extrema esset valetudine, praesentibus honestis viris compluribus, et matre sua, ad quam legitima (6) hereditas eius pertinebat, ita locuta est: «ancillas meas, Maeviam et Seiam, liberas esse volo», et intestata de-

que se puede decir que es válida la libertad, porque más bien es una condición, á la manera que si se me hubiese legado así, «si Ticio subiere al Capitolio».

§ 3.—Pero si se hubiera escrito así: «si quisiere el heredero», no será válido, pero solamente, si todo lo dejó á la voluntad del heredero, si á éste le pluguiere. Mas si lo dejó á su arbitrio, como á hombre bueno, no dudaremos que se deberá la libertad; porque plugo que también se debiese esta libertad: «si te pareciere, te pido que manumittas»; porque esto se ha de entender, si te pareciere como á hombre bueno. Pues también lo que se dejó así: «si aprobares mi voluntad», opino que se debe, á la manera que «si lo hubiere merecido de tí como de hombre bueno», ó, «si no te hubiere ofendido como á hombre bueno», ó, «si lo aprobares», ó, «si no lo desaprobares», ó, «si lo juzgaros digno». Porque también cuando alguno hubiese dado con palabras griegas un fideicomiso de este modo: «quiero que, si lo aprobares, se le dé á aquél la libertad», se respondió en rescripto por el Divino Severo, que se podía pedir el fideicomiso.

§ 4.—Mas aunque no se pueda dejar al arbitrio del heredero si se deberá, se puede, sin embargo, dejar cuando se deberá.

§ 5.—Uno, habiendo legado tres esclavos, encomendó á la fidelidad de su heredero, que de ellos manumitiera á los dos que quisiera; valdrá la libertad dejada por fideicomiso, y el heredero manumitirá de ellos á los que quiera; por lo cual, si el legatario reivindicase los que el heredero quiere manumitir, será repelido con la excepción de dolo.

47. JULIANO; Digesto, libro XLII.—Si un padre hubiere instituido heredero á dos hijos, y por el nacimiento de un póstumo se hubiere roto el testamento, aunque en dos partes les pertenezca la herencia, no se deben, sin embargo, dar las libertades dejadas por fideicomiso, como tampoco ciertamente son obligados á dar ni los legados ni los fideicomisos.

§ 1.—Si, cuando al heredero se le hubiera rogado que manumita á un esclavo ajeno, ó á uno común, ó á aquél sobre el cual el usufruto es de otro, se ocultase, no injustamente se auxiliará á las libertades en virtud del senadoconsulto.

§ 2.—Si á Stichus se le hubiere dado por fideicomiso la libertad bajo la condición de si hubiese rendido las cuentas, y él estuviera dispuesto á entregar en ausencia del heredero los remanentes, es de cargo del Pretor elegir un hombre bueno, á cuyo arbitrio se haga el cómputo de las cuentas; y depositar el dinero que se recoja por virtud de la computación; y declarar de este modo que se debe la libertad por causa del fideicomiso. Mas convendrá que se haga esto, si el heredero estuviere ausente por justa causa; porque si se ocultare, será suficiente que le conste al Pretor que no consiste en el esclavo el no cumplir la condición; y así convendrá que haga declaración respecto á la libertad.

§ 3.—Cuando bajo condición se le da la libertad á un esclavo legado, no debe ser entregado al fideicomisario de otro modo, sino si se diere caución de que habrá de ser entregado cumpliéndose la condición.

§ 4.—Una, hallándose en su última enfermedad, habló así en presencia de muchos hombres honrados, y de su madre, á quien le pertenecía su herencia legítima: «quiero que mis esclavas, Mevia y Seya, sean libres», y falleció intestada; pregunto,

(1) ut, insertan Hal. Vulg.

(2) Vulg.; si te meruerit, el códice Fl.

(3) Taur.; δακτύλῳς, el códice Fl.

(4) Versión vulgar.

(5) Según enmienda Br.; latitavit, el códice Fl.

(6) Hal. Vulg.; legitimam, el códice Fl.

cessit; quaero, si mater ex Senatusconsulto legitimam hereditatem eius non vindicasset, et hereditas ad proximum cognatum pertinuisset, an fideicommissa libertas deberetur. Respondi, deberi; nam eam, quae in extremis dixisset: «ancillas meas, illam et illam, liberas esse volo», videri ab omnibus, qui legitimi heredes aut bonorum possessores futuri essent, petiisse, ut hoc fieri possit.

48. IDEM libro LXII. *Digestorum*.—Quum in testamento scriptum est: «Stichum Titio lego», vel: «heres meus dato ita, ut eum Titius manumittat», dixi, potenti legatario Stichum exceptionem doli mali obstaturam, nisi caverit, se libertatem secundum voluntatem defuncti praestitutum.

49. AFRICANUS libro IX. *Quaestionum*.—Si is, cui servus legatus est, rogatus manumittere latitet, orcinum fieri libertum, respondit, idem fore; et si non legatarii, sed heredis fidei commissum esset; sed et si non omnium, sed quorundam hereditum fidei commissum sit, aequè dicendum, orcinum fieri; in eos autem, qui latitaverint, coheredibus, a quibus redimendae partes essent, utilem actionem eo nomine dari debere, vel etiam familiae circiscundae iudicio recte eos acturos.

50. MARCIANUS libro VII. *Institutionum*.—Si servus legatus, et per fideicommissum manumissus sit, Cervidius (1) Scaevola consultus putabat, novissimam scripturam valere, sive libertas sit, sive legatum; quia, quum libertatem datam postea placeat adimi, et per (2) legatum constat posse adimi. Sed si in obscuro sit, qua mente post libertatem legavit eundem servum, in obscuro libertatem praevalere; quae sententia mihi quoque verior esse videtur.

51. IDEM libro IX. *Institutionum*.—Non tantum ipse, qui rogatus est manumittere, ad libertatem perducere potest, sed et successores eius, sive emptione, sive quo alio modo successerint. Sed etsi nemo successor extiterit, ad fiscum ita transit, ut libertas ab eo praestetur.

§ 1.—Is autem, qui rogatus est manumittere, etiam eo tempore, quo alienare prohibetur, potest manumittere.

§ 2.—Si alienum servum quis rogatus fuerit manumittere, quum ei pecunia certa legata esset, ut emat eum, et manumittat, et dominus nolit eum vendere, legatum retinet ex voluntate defuncti.

§ 3.—Cui per fideicommissum libertas debetur, liberi quodammodo loco est, et statuliberi locum obtinet, vel eo magis, quod nec in alium transfereendus est, ut aut libertas eius impediatur, aut iura patronorum graviora experiatur.

§ 4.—Senatusconsulto Dasumiano (3) cautum est, ut, si ex iusta causa absit, qui fideicommissam libertatem debet, et hoc pronuntiatum fuerit, per-

si, no habiendo reivindicado la madre en virtud del senadoconsulto su herencia legitima, y habiéndole correspondido la herencia al próximo cognado, se debería la libertad dejada por fideicomiso. Respondí que se debía; porque se considera que la que en sus postrimerías hubiese dicho: «quiero que sean libres aquella y aquella, esclavas mías», les pidió á todos, los que hubiesen de ser herederos legítimos ó poseedores de los bienes, que se pudiera hacer esto.

48. EL MISMO; *Digesto, libro LXII*.—Habiéndose escrito en un testamento: «le doy y lego á Ticio el esclavo Stico», ó «délo mi heredero, á fin de que lo manumita Ticio», dije que la excepción de dolo malo le habrá de obstar al legatario que reclame á Stico, á no ser que diere caución de que él dará la libertad conforme á la voluntad del difunto.

49. AFRICANO; *Cuestiones, libro IX*.—Si aquel á quien se le legó un esclavo, rogándosele que lo manumitiera, se ocultara, respondió que el esclavo se hace libertus orcinus, y que lo mismo habría de ser también si esto hubiese sido encomendado á la fidelidad no del legatario, sino del heredero; mas también si no hubiese sido encomendado á la fidelidad de todos, sino de algunos herederos, se habrá de decir igualmente que se hace orcinus; pero que contra los que se ocultaren se les debe dar á los coherederos, por quienes se hubiesen de comprar las partes, la acción útil por este concepto, ó habrán de ejercitar con razón la acción de partición de herencia.

50. MARCIANO; *Instituta, libro VII*.—Si un esclavo hubiera sido legado, y manumitido por fideicomiso, consultado Cervidio Scévola opinaba, que era válida la última escritura, ya si se refiriese á la libertad, ya si al legado, porque estando admitido que la libertad dada se quite después, es evidente que también puede ser quitada por medio de un legado. Pero si no estuviera claro con qué intención legó después de la libertad al mismo esclavo, en la duda prevalece la libertad; cuya opinión también á mí me parece más verdadera.

51. EL MISMO; *Instituta, libro IX*.—No solamente puede constituir en libertad aquel á quien se le rogó que manumitiera, sino también sus sucesores, ora hubieren sucedido por compra, ora de otro cualquier modo. Pero aunque no hubiere quedado ningún sucesor, pasa al fisco para esto, para que por él se dé la libertad.

§ 1.—Mas aquel á quien se le rogó que manumitiera, puede manumitir también en el tiempo en que se le prohíbe enajenar.

§ 2.—Si á alguno se le hubiere rogado que manumitiera á un esclavo ajeno, habiéndosele legado cierta cantidad de dinero para que lo compre y lo manumitiera, y el dueño no quisiera venderlo, retiene el legado en virtud de la voluntad del difunto.

§ 3.—Aquel á quien por fideicomiso se le debe la libertad está en cierto modo en calidad de libre, y tiene la calidad de aquel á quien en testamento se le dejó la libertad bajo condición, ó aun más, porque no puede ser transferido á otro, de modo que ó se impida su libertad, ó experimente más graves derechos de patronos.

§ 4.—Se dispuso en el senadoconsulto Dasumiano, que si con justa causa estuviera ausente el que debe la libertad dejada por fideicomiso, y se hubie-

(1) Serbidius, *Hal.*
(2) per, *omitista Vulg.*

(3) Véase el fr. 36. de este título, nota 3., página 247.

inde libertas competat, atque si, ut oportet, ex causa fideicommissi manumissus esset.

§ 5.—Abesse autem is intelligitur, qui a tribu-
nali abest.

§ 6.—Et quia de (1) heredibus tantum cautum
erat, adiectum est eodem Senatusconsulto, ut, qui-
cunque fideicommissam libertatem debet (2), ex
quacunque causa pronuntiatum fuerit, eum eosve
abesse, perinde habeatur, atque si, ut oportet, ex
causa fideicommissi manumissus esset.

§ 7.—Sed Articuleiano (3) Senatusconsulto ca-
vetur, ut in provinciis Praesides provinciae cogno-
scent, licet heres non sit eius provinciae.

§ 8.—Sed et (4) si non hereditarium servum quis
rogatus fuerit manumittere, sed proprium, ex Sena-
tusconsulto Iunciano (5) post pronuntiationem (6)
pervenit ad libertatem.

§ 9.—Sive iusta ex causa abest, sive latitet, sive
praesens non vult manumittere, pro absente eum
haberi Divus Pius rescripsit.

§ 10.—Emitor quoque ut manumittat, eodem Se-
natusconsulto expressum est.

§ 11.—Et praesens coheres perinde manumittat,
atque si traditum a coherede accepisset. Quod et
in impuberis persona coheredis, qui non erat ro-
gatus manumittere, eundem Principem rescripsis-
se relatum est.

§ 12.—Sed si matrimonii causa quis manumitte-
re rogatus est, non est cogendus eam uxorem du-
cere, sed sufficit fideicommissa libertas.

52. ULPIANUS libro I. Responsorum. — Postea-
quam a creditore alienati sunt servi, quibus fidei-
commissa libertas adscripta est, non nisi ex iusta
causa adversus heredem subveniri iis posse.

53. MARCIANUS libro IV. Regularum. — Si quis
rogatus ancillam manumittere, moram fecerit, si
interea enixa fuerit, constitutum est, huiusmodi
partum liberum nasci, et quidem ingenuum; sed
sunt Constitutiones, quibus cavetur, statim, ex quo
libertas deberi coeperit, ingenuum (7) nasci; et
hoc magis est sine dubio sequendum, quatenus li-
bertas non privata, sed publica res est, ut ultro is,
qui eam debet, offerre debeat.

§ 1.—Sed et (8) si nondum debita libertate fidei-
commissa ancilla peperit, studio tamen heredis
fuerit effectum, ut nondum libertas deberetur, uti-
que (9) quod tardius adiit hereditatem, ut, qui
nati sunt ex ancilla, servi eius fiant, placet manu-
mittendos, sed tradi matri oportere, ut ab ea ma-
numitterentur (10), et liberti potius matris fiant;
nam quos indignus est heres servos habere, ne
quidem liberos habeat.

(1) *Hal. Vulg.*; de, omitela el código Fl.

(2) *Vulg.*; debet, omitela el código Fl.

(3) Articuleiano, *Vulg.*

(4) *Hal. Vulg.*; et, omitela el código Fl.

(5) *El fr. 28. § 4. de este título. Vinciano, Vulg.*

(6) nuntiationem, *Hal.*

(7) sed sunt Constitutiones, quibus cavetur, statim, ex quo
libertas deberi coeperit, ingenuum, considerantur anadidas
por antiguos copistas.

re declarado esto, compete la libertad lo mismo
que si, como se debe, hubiese sido manumitido por
causa de fideicomiso.

§ 5.—Mas se entiende que está ausente el que
no comparece ante el tribunal.

§ 6.—Y como se había dispuesto solamente res-
pecto á los herederos, se añadió en el mismo sena-
doconsulto, que cualquiera que sea el que debe la
libertad dejada por fideicomiso, sea cual fuere la
causa por la que se hubiere declarado que él ó ellos
estaban ausentes, el esclavo sea considerado lo mis-
mo que si, como se debe, hubiese sido manumitido
por causa del fideicomiso.

§ 7.—Pero se dispone en el senadoconsulto Ar-
ticuleyano, que en las provincias conozcan de esto
los Presidentes de la provincia, aunque el heredero
no sea de esta provincia.

§ 8.—Pero también si á uno se le hubiere rogado
que manumita á un esclavo que no fuere de la he-
rencia, sino propio, llega á la libertad después de la
declaración en virtud del senadoconsulto Iunciano.

§ 9.—Ya si uno está ausente con causa, ya si se
ocultara, ya si estando presente no quiere manu-
mitir, respondió por rescripto el Divino Pío, que
debe él ser considerado como ausente.

§ 10.—En el mismo senadoconsulto se expresó
que también manumita el comprador.

§ 11.—Y manumitalo el coheredero que esté pre-
sente, lo mismo que si lo hubiese recibido, entre-
gado por su coheredero. Lo que se dijo que respon-
dió por rescripto el mismo Príncipe también res-
pecto á la persona de un coheredero impúbero, á
quien no se le había rogado que lo manumitiera.

§ 12.—Pero si á uno se le hubiera rogado que
manumita por causa de matrimonio, no ha de ser
obligado á tomar por mujer á la esclava, sino que
basta que se le dé la libertad dejada por fideicomiso.

52. ULPIANO; *Respuestas, libro I.*—Después que
por el acreedor fueron enajenados los esclavos á
quienes se les asignó la libertad por fideicomiso,
no se les puede auxiliar contra el heredero sino en
virtud de justa causa.

53. MARCIANO; *Reglas, libro IV.*—Si aquel á
quien se le rogó que manumitiera á una esclava
hubiere incurrido en mora, se determinó, que, si
entretanto hubiere parido, nazca libre este parto,
y aun ingenuo; pero hay Constituciones en las que
se dispone que nazca ingenuo inmediatamente des-
pués que se hubiere comenzado á deber la libertad;
y esto es lo que preferentemente se ha de seguir
sin duda, por cuanto la libertad no es cosa privada,
sino pública, de suerte que debe ofrecerla volunta-
riamente el que la debe.

§ 1.—Pero también si aun no siendo debida la
libertad dejada por fideicomiso hubiere parido la
esclava, mas por ardid del heredero se hubiere he-
cho que aun no se debiese la libertad, por ejemplo,
porque adió tardamente la herencia, de suerte que
los que hayan nacido de la esclava se hagan esclavos
de él, está determinado que han de ser manu-
mitidos, pero que deben ser entregados á la madre
para que por ella sean manumitidos, y se hagan
preferentemente liberos de su madre; porque el
heredero que es indigno de tener ciertos esclavos,
no los tendrá ciertamente como liberos.

(8) Véase la nota 4.

(9) *Taur. según la escritura original; veluti, la correc-
ción del código Fl., Br.*

(10) *Según corrección del código Fl.; manumittentur, la
escritura original, Br.*

54. MARCIANUS (1) *libro XVI. Fideicommissorum.* — Si mater, postquam filium accepisset, vel qui in eius locum successit, praestare noluit libertatem, compellendi sunt. Amplius si mater aut nollet sibi filium tradi, aut in rerum natura esse desiisset, non ab re est dicere, nihilominus ita natis ab herede libertatem praestari.

55. MARCIANUS (2) *libro IV. Regularum.* — Sed etsi non data opera tardius adierit, sed dum de adeunda hereditate deliberat, idem dictum est; et si postea cognovit, se heredem institutum, quam ancilla peperit, placet, hoc quoque casu subveniendum esse; hoc tamen casu ipse manumittere debet, non matri tradere.

§ 1.—Sed si directo libertas data fuerit ancillae, et horum aliquid evenerit, quemadmodum natis subveniatur? nam ibi quidem petitur fideicommissa libertas, et Praetor parvulis subvenit, quum vero directo libertas datur, non petitur. Sed etiam hoc casu puto nato subveniendum esse, ut aditus Praetor in rem matri decernat actionem exemplo fideicommissariae libertatis. Sic denique et Marcellus libro sexto decimo Digestorum scripsit, et ante aditam hereditatem usucaptis, qui testamento manumissi sunt, subveniendum esse, ut his libertas conservetur, utique per Praetorem, quamvis his et (3) imputari possit, quare usucapti sunt; in parvulis autem nulla deprehenditur culpa.

56. MARCELLUS (4) *libro singulari Responsorum.* — Lucius Titius testamento ita cavuit: «si quos codicillos reliquero, valere volo; si quis mihi ex Paula, quae uxor mea fuit, intra decem menses natus natave erit, ex semisse heredes sunt (5); Caius Seius ex semisse heres esto; Stichum et Pamphilum, servos meos, et Erotem et Diphilum peto, et fidei heredum committo, ut, quum ad pubertatem liberi mei pervenerint, manumittantur; deinde novissima parte ita cavuit: «quodsi mihi liberi nati non erunt, aut intra pubertatem decesserint, tunc heredes ex paribus partibus sunt Mucius et Maevius; legata, quae priore testamento, quo filios et Seium (6), reliqui, praestari volo, hoc est (7) et a sequentibus heredibus»; deinde codicillis ita cavuit: «Lucius Titius heredibus primis et substitutis salutem; peto, ut ea, quae testamento cavi, legavi, et ea, quae codicillis cavero, legavero, praestetis»; quaero, quum liberi Lucio Titio nati non sint, an Sticho et Pamphilo et Eroti et Diphilo servis confestim fideicommissa libertas praestari debeat. Marcellus respondit, conditionem, quae libertati eorum, de quibus quaereretur, si filii heredes extitissent, apposita esset, repetitam non videri, ideoque confestim libertatem praestandam esse et a primis, et a substitutis heredibus. Nam, ut supra scriptum est, petit, ut, quae testamento cavisset, praestarentur; cavuit autem de libertate eorum servorum, atquin sub conditione cavuit, et si alterius generis conditio esset, expectanda esset; sed non est verisimile, ut hoc in ista conditione

54. MARCIANO; *Fideicomisos, libro XVI.* — Si la madre, después que hubiese recibido al hijo, ó el que sucedió en su lugar, no quiso darle la libertad, han de ser compelidos á ello. Además, si la madre ó no quisiera que se le entregue el hijo, ó hubiese dejado de existir, no es fuera de propósito decir, que, esto no obstante, se les da á los así nacidos la libertad por el heredero.

55. MARCIANO; *Reglas, libro IV.* — Pero aunque hubiere adido tardiamente la herencia, no de intento, sino mientras delibera para adir la herencia, se ha de decir lo mismo; y si supo que él habia sido instituido heredero después que la esclava hubiere parido, está determinado que también en este caso se ha de prestar auxilio; pero en este caso él mismo deberá manumitirlo, y no entregarlo á la madre.

§ 1.—Mas si á la esclava le hubiere sido dada directamente la libertad, y aconteciere alguna de estas cosas, ¿de qué modo se auxiliará á los hijos? Porque cuando se pide ciertamente la libertad dejada por fideicomiso, el Pretor auxilia á los pequeños, pero cuando se da directamente la libertad, no se pide. Pero opino que también en este caso se le ha de auxiliar al que nació, de suerte que recurriéndose al Pretor le conceda á la madre la acción real á la manera que cuando se dejó la libertad por fideicomiso. Así finalmente escribió también Marcelo en el libro décimo sexto del Digesto, que se ha de auxiliar á los usucapidos aun antes de haber sido adida la herencia, que fueron manumitidos en testamento, á fin de que se les conserve la libertad, ciertamente por el Pretor, aunque á ellos se les pueda imputar que hayan sido usucapidos; pero en los parvulos no se halla ninguna culpa.

56. MARCELO; *Respuestas, libro único.* — Lucio Ticio dispuso así en su testamento: «si yo dejare algunos codicillos, quiero que valgan; si de Paula, que fué mi mujer, me hubiere nacido dentro de diez meses algún hijo ó hija, sean herederos de la mitad; Cayo Seyo sea heredero de la otra mitad; pido y encomiendo á la fidelidad de los herederos, que cuando mis hijos hubieren legado á la libertad manumitan á Stico y á Pánfilo, esclavos míos, y á Eros y á Difilo»; después, en la última parte dispuso así: «pero si no me nacieren hijos, ó hubieren fallecido dentro de la pubertad, sean entonces herederos por partes iguales Mucio y Mevio; quiero que se paguen los legados, que dejé en el primer testamento, en que instituí á mis hijos y á Seyo, esto es, también por los herederos siguientes»; finalmente dispuso así en codicillos: «Lucio Ticio á sus primeros herederos y á los substitutos, salud; os pido que entreguéis lo que en el testamento dispuse y legué, y lo que en codicillos hubiere dispuesto y legado»; pregunto, si, no habiéndole nacido hijos á Lucio Ticio, se les deberá dar inmediatamente á Stico y á Pánfilo y á Eros y á Difilo la libertad dejada por fideicomiso. Marcelo respondió, que la condición, si hubiesen quedado herederos los hijos, que se puso para la libertad de aquellos de quienes se trataba, no se consideraba repetida, y que por lo tanto se ha de dar inmediatamente la libertad, así por los primeros herederos, como por los substituidos. Porque, como arriba se escribió, pidió que se entregase lo que hubiese dispuesto en

(1) Idem, *Vulg.*; Marcellus, *Hal.*
(2) *Taur. según corrección del códice Fl.*; Marcianus, *la escritura original, Br.*
(3) et his, *Hal.*

(4) Marcellus, *Vulg.*
(5) heres esto, *acertadamente Vulg.*
(6) institui, *insertan Hal. Vulg.*
(7) hoc est, *omittas Hal.*